

Illustrissimo Príncipi Francisco Valesio, Francisci Chri
stianissimi Gallorum Regis filio primigenio Franciscus
Sylvius, S.



Su venire solet, vt q̄ ab nobis diu
tius absuerunt, quosq; charos ha
bemus, eorum reditus nobis mul
to iucundior sit, quam si ab nobis
non discessissent: iis obuiam proce
damus, eos salutemus, iis munus
cula quædam offeramus. Ab no
bis aliquot annos cū charissimo
tuo fratre absuisti, aduentus vester
quotidie magis expectatus est: obuiam vobis innumerabi
les quū alii tum nobiles tam priuatim q̄ publice prodeūt,
vt redeentes vos iucunde excipiānt, vt vos salutent, vt ani
mī suī in vos benignitatē alii verbis alii muneribus osten
dant. Interim ne officio deesse, paruū quoddam munus
culum parauī, quod tibi ingratum nō putarem. His enim
mensibus Commentarios scripsi in orationem M. T. Cice
ronis pro A. Cluentio. Eos clarissimo isti tuo nominī nun
cupatos pxime edidi. quos eo tibi fore gratiores arbitror,
q̄ humanarum literarum te & studiosum esse & doctum
audiam: quarum literarum principem esse Ciceronem ne
mo nescit. Qui ex dicendi ratione tantam gloriam affec
tus est, vt Arpinates eo ciue maxime gaudentes, pro insi
gni ciuitatis illas tres literas habeant, M. T. C. quod alii
nulli tam apud Graecos q̄ apud Latinos arbitror conti
gisse. Quod igitur offero munusculum, id vt gratum ha
beas, oro te & obsecro. Bene vale. Cal. Maiis anno. M.D.
XXX, Parisiis, ex ædibus Tornacis.

A ii

INDEX

- Rerū & verborū in sequētibus F. Syluii Cōmentariis insignium.**
 Index. A
A Bhorrebāt. fo. xx
 Abigere & eiice-re. fo. xviii.
 Abducere. lxxxvi.
 Aborsus, abortus, & ab-ortio. xviii.
 Accerere. lxxxvi.
 Accusatoris due ptes. fo. primo.
 Accusatoris poena quā do re^o absoluebat. vi.
 Aceruatim. xvi.
 Actio ridicula. xix.
 Actius Orator. xxxi.
 Adiutor. xix.
 Ad Iuturnę. xl ix. & l.
 Administer. xxx, xxxi.
 Adulterina signa. xxi.
 Aduocatus. liii.
 Aduolare. xii.
 Ad vrbem & in vrbem differunt. xxi.
 Aegrotare. lxxviii.
 Aeliorum familia. 36.
 Aerarii, & in ærarios re lati: & ex ærariis exem- ptī &c. fo. lix.
 Aestimare. lvi.
 Aestimare lité. ibidem.
 Aetas firmata & corro- borata. viii.
 Agere præcipitē. lxxxii.
 Agere in crucē. lxxxix.
 Aggredior ad crīmē & ad alia. v.
 Allegatus. xx.
 Aletrinū in Italia op- pidum. xxii.
 Ambitus damnatus & aliū accusans &c. 49.
 Amittere. xiii.
 Amplexio. lx.
 Amplissim⁹ ordo. lyii.
 Aiaduercio cēloria. lvi.
 Animus morientis fit diuinior. xviii.
 Annos natus ad quin- quaginta. liii.
 Ann⁹ olim decem fuit mensium. xix.
 Antiqui existimantur meliores. xxxix.
 Antoni⁹ orator cur orationes suas non scripsi- erit. lxyi. &. lxyii.
 Aqua in sacrificiis. l.
 Aquilius. lvii.
 Arbitrari magni. 2.
 Archimedes nō melius potuit describere. 44.
 Archimedes quis fue- rit. fo. xl.
 Architectus sceleris & Architectari. xxx.
 Arenarię xix. xx.
 Argumentari & Argu- mentor illud. xxxiii.
 Armariū. lxxxiiii. & ite- rum. fo. lxxxv.
 Asinianum crīmē. xx.
 Assecla. lxxxiii.
 Assimulatum. xix.
 Atella. xxxiiii.
 Auctoritas. lxy.
 Auctoritat⁹ orationū quatenus sit credēdū. fo. lxvi.
 Aurelia lex. xxxi.
 Aurelii gradus. xlvi.
 Aurelii forum. xlyii.
- B** Alnē & Balnei. fo. lxviii..
 Brut⁹ Orator. 67.
 Bulbus. xxxvi.
 Bulbi amari. ibidem.
C Alpurnius. xlvi.
 Calūniari. f. xl iiii. & lxxviii.
 Capere magistratū. 58.
 Causarū duo quæ sint genera. xxiiii.
 Causam suscipere & re- cipere. xxxiiii.
 Causam dicere. xlvi.
 Causa cadere. lxx.
 Causā amittere & cau- sam obtinere. ibidem.
 Celo te veneni, venenū & de veneno. lxxxix.
 Censet Senator. lxxvi.
 Censorię tabulæ. xxi.
 Censores. lvii.
 Cēloria aniaduercio. lvi.
 Censura nō habet vīm: legis iudicatæ. lvii.
 Cepalii fratres. xxix.
 Cernere oculis. xxxii.
 Cicero quando venerit in Asiam. xvii.
 Ciceronis in initio di- cendi timor. xxiiii. Et iterum fo. xxv.
 Cic. dū esset Praetor de- fendit Cluētiun. lxxi.
 Cincia lex. li.
 Circūforaneus. xx. xxi.
 Circūuenire. v. & Circū- uenire iudicio. xc.
 Citare reum. xxiiii.
 Clam ferre sententiā. 28.
 Clara vox. xiiii.
 Cl. Nero. lix.

INDEX

- C**oactor es. lxxxv. & seq.
Cogere iudices. **S**enatu.
 medicos agmē milites
 pecuniam. lxxix.
Coire. lxxi.
Colligēre ventos rumo-
 rum. xxxviii.
Collocare filianū: & Col-
 locare i matrimoniu.
Collocareq; nuptias. xc.
Columna menia. xx.
Columna trīfūralis. ibi.
Comesum. lxxxi.
Conmittere. lxxvi.
Concedere peccatū. xcij.
Conceptis verbis peie-
 rare & iurare. lxiii.
Conciones. iii.
Concoctio. lxxx.
Condonare reum. xcii.
Confidere xci.
Confirmator. xxxvi.
Confiteri. lxxxvi.
Confugere. iii.
Cōgredi & cōgressio. ii.
Coniuncta dedecore &
 scelere mater nisi le-
 gedū sit cōuicta. vii.
Consceleratus. xc.
Conscius facinori & fa-
 cinoris. xxviii.
Conseñescere. ix.
Confessus. iii.
Cōfiliū pro iudicū
 cōetu seu cōfessu. 34.
Consobrini. vii.
Consolatio. ix.
Contēdere & contēte. z.
Contrahere frōtē & ani-
 mum. xxxvii.
Cōuiciū facere. 38.
Cornelia lex. 28. 31.
Cortoborata & firmata
 ætas. viii.
Colconius. xl/ix.
Crassus orator. lxvii.
Crimen Afinianum. 20.
Criminosus. xlvi.
Crudior homo. lxxx.
Cruix suppliciū erat ser-
 uorū: & quid sit agere
 in crucem. lxxxix.
Cubilia ferarum & auīū
 fo. xlvi.
Cubiculū catulorū. ibi.
Cuiusmodicūq; x.
Curare. xxi.
DAre potestatē. 39.
Dealbare. 50.
Decuris iudi. li.
Decuriones. xxi.
Defendere nocētes. 28.
Deferuelcere. liii.
Deficitur. lxxxvii.
De integrō. xv. lxxx.
Denunciare. xiiii.
Depōdere iimicitias. xc.
Deposcere. xl.
Delpetare salutē. xxxii.
 Salutem. xxxiiii.
Despondere. lxxxv.
Destitutus. xxxv.
Desuetactus. liii.
Dicere causam. xlvi.
Diei initium. xyi.
Dij auersant scelera. xc.
Dimittere iudicium &
 Senatum. xxxviii.
Discrepat & discrepātia
 quomodo dicātur. lx.
Dissolutus. lxxxiii.
Diuinatio est rerū etiā
 præteritarum. lxxii.
Diuortium. ix.
Dñi potestas i seruos. 39.
Ducere i matrimoniū.
 vxorē &c. xv. &. lx.
Ecce autem. ix.
EEcce tibi. xxix.
Efferuescere. liii.
Effrenatus. x.
Egestas. xix.
Eiicere & abiicere. xviii.
Eiicere e Senatu. lyii.
Elogium. lxi.
Emere de sectoribus. fo.
 lxxvii. De Rupilio. fo.
 lxxviii. &. lxxxiii.
Emissarii. 50.
Enī inceptiua pars. lxi.
Equites iudices. xxxi.
 Reſituuntur. liii.
Equites Romani. xcii.
Ergastulum. xii.
Eryx mons. xxii.
Errati & vitiū. lxiiii.
Et interrogatiua parti-
 cula. lv.
Ex aerariis eximere. 59.
Exercitat⁹ i vxorib⁹ ne-
 candis. 27. In iudiciis
 corrumpendis. 3.
Exinaniri. 35.
Exlex. 46. 47.
Experiens. 13. 14.
Explicare & exporgera
 frontem. 37.
Expostulare & expostu-
 lationē facere. 78.
Fabritianū vene-
 num. 39.
Facere h̄eredē. 13.
Facere conuiciū. 38.
Facere & creare magi-
 stratum. 58.
Facere finem. 32.
A iii.

INDEX

- F**acere furtū, iniūdias, prēdas &c.85.
Facelere negocīū quid sit.25.
Facetiae Crassi.57.
Factus ex fraude ex mē dacio.37.
Factū Stratorie & quid me fiet &c.85.
Falernus mons.82.
Fallitas.3.
Fame dominante.31.
Familia martis.11.
 Et q̄ familia ftratum mēdicatiū rectius dicitur q̄ ordo.ibidem.
Fas est mihi & me face re.35.
Faustus Sylla.47.
Februī in ablativo.83.
Ferentum op.93.
Ferre obscure.27.
Ferre clā sententiā.28.
Fidele.44.
Filiū intestati mater est h̄eres.23.
Firmata etas.8.
Flāma iuidiq̄ belli.41.
Fortassis.95.
Fratres gemini.22.
Fraticida.17.
Furum & seruorum ne quam crux.20.
GAllia transalpi na.13.
 Gallicani.13.
Galli ibidem.
Gemini.22.
Genitaria causarum duo folio.14.
Germanus frater, id est scater germanus.90.
Geta a Cēsoribus nota tus fact̄ est Cēsor.59.
Gradus Aurelii.45.
Grandis pecunia.17.
Grandis.86.
Grauare & Grauate ac grauatim facere. folio.34.
Grauida.18.
Gutta Censor.57.
HAbere in matr̄ monio, habere vxorem & similia.15.
Habeo ī te odiū vel amo rē. Et habeo tecū odiū aut inuidiam.73.
Habere potestatem ī filio.87.
Habere in honore & habere honorem.88.
Hæredem facere, relinqueret aut scribere.13.
Hæredes non erāt olim mulieres apud Romanos.13.
Hæres secundus.18.
Heliodi de sapientibus sententia.42.
Hominis partus fit mē se decimo.19.
Honos facit labores esse leuiores.73.
Horē orandi.71.
Hortuli.20.
Hospes diuersorii.79.
Humare.16.
Id etatis.68.
Id temporis ibidem Idoneus in malū, tē accipitur.63.
Ignoratio sui.52.53.
Illi pro ibi.40.
Immersit se in consuetudinem.18.19.
Impulsor.19.
Impurus pro auaro & improbo.35.
Inanimis & vacuus p̄ paupere.35.
Inanimis ager.ibidem.
Inanimis equus ibidem.
Inauratum.50.
Inciens mulier.18.
Icludi ī pericul.74.
Incumbere pecunie & similibus.37.
In Cluentū iudex.94.
Inferorum poenas non credit Cicero.81.
Inferre litem.57.
Inficiari.40.
Infinitius p̄ p̄tētito imperfecto indicatiui in oratione.30.
Infrēnati equites.10.
Ingenui.27.
Initice infamia, suspicione, ignem & similia.53.
Infolentia.52.
Instructum.84.
In suspicionē, vocare.
In potestate redigere &
In filio habere potesta tem.87.
Intercedit dies.36.
Interlitus codex.46.
Interp̄s.50.
Interrogatio testiū quā do fiebat.11.
Intestati filii est mater h̄eres.23.
Intestatus qui sit.79.

INDEX

- I**ntolerantia.55.
 Inuidia. 3. Est finienda
 ibid. a tergo.
 Ire in consiliū.28. & ite-
 rum.42.
 Index dū iudicat sedet
 aliisstantibus.4.
 Index qui sit.13.
 Index in reū nō in accu-
 satorem datur.16.
 Iudicum notæ.28.
 Iudicum ratio.31.
 Iudicādi potestas equi-
 tibus restituta.54.
 Iudicandi mos.77.
 Iudicare.86.
 Iudicia aqua.2.
 Iudicia publica & priua-
 ta.38.
 Iudicum reiectio & sub-
 sortitio.45.
 Iudices iurati in leges.
 folio eodem.
 Iudicum decurie.51.
 Iudicum etas.52.
 Iudici sapiēti cogitāda
 & eius officium.76.
 Iudices nūmarii.37.
 Iudicum numerus.37.
 Iudicū subsellia.38.
 Iudicādi tempus.37.
 Iudicia pro iudicib⁹.63.
 Jugulatus sententia fo-
 lio.34.
 Iulia lex.47.
 Ius hominum.94.
 Ius gentium.ibidem.
 Iuturna.50.
L Abefactare rē su-
 dicatam.29.
 Laborare ex iu-
 dia, ex pedib⁹ &c.95.
 Laudatores reorum.19.
 Lex Cornelia.28.31. Se-
 pronia.31.47.72.
 Lex Iulia.45. Cincia.5x.
 Lex Seruilia.67.
 Lex ad p̄terita obligat.
 folio.65.
 Legum appellatio.75.
 Liber hac re & ab hac
 rc.73.
 Libertū pro liberorū.82.
 Liberti qui.94.
 Libertini.27. In Senatū
 lecti.64.
 Licet mihi, & licet me
 facere.35.
 Ligures fallaces.36.
 Limen ne tangat noua
 nupta.10.
 Lis æstimata.55.56.
 Litera nulla.86.
 Liuius Salinator.59.
 Liturae.21.
 Lugēdi mōs & tēp⁹.19.
 Luporū rostra cur por-
 tis villarū affigant.10.
M Achinas omnes
 adhibere.19.
 Magistratū ferre
 58. Gerere &c.72.
 Magni arbitror.23.
 Maiestas.48.
 Male ptū male pit.34.
 Malitia.87. Manifeste.12.
 Matricida.17.
 Martiales.21. Matrini.61.
 Menia columnā.20.
 Milia miliare.35.
 Mittere in cōsiliū.42.
 Mittere vocem.45.
 Mortuos odisse.16.
 Memoria teneo.16.
 Metelli exiliū.48.
 Mouere Senatu.58.
 Mulierū Ro.noia.9.
 Multum.80.
 Municipes.23.
N Am p̄ p̄terea. 62.
 Narbo marti⁹.67.
 Natus Papia 84 de
 papia, Naturę fatiss.15.
 Nocētes defēdere.28.
 Nō liquere.27.52.81.63.
 Nomen patroni.30.
 Nomina mulierū Ro.9.
 Noſice teipsum.53.
 Notæ iudicum.28.
 Nubilis.7. Nūmus.85.
 Nūmū olfacere.38.
 Nūmarius interpres.49.
 Nupta ne tāgat limē.10.
 Nuptię propinquorū.7.
 Nuptiarum tādæ.10.
O Biicio tibi & i te
 folio.56.
 Obloqui.32.
 Obsides.43.
 Obsignatores.19.
 Obtinere causam.70.
 Odorare & odorari.42.
 Offendere.32.83.
 Offensus.77.
 Olfacere nūmū.37.
 Oppianici scelera.60.
 Orandi hore.71. Orato-
 ris met⁹ & error.25. Pur-
 pura.54. Quare quidā
 nō scriplerint.67.
 Orchestra.64.
 Ordo amplissimus.57.
 Os pro pudore.33.
P Acisci.20.
 Parētes ferēdi.10.
 Parricidiavaria.7.

INDEX

- P**artus hominis.19.
 Pastus homo.37.
 Patroni nomen.30.
 Pecunia supprimere.34.
 Peterare verbis conceptis.63. Iurare.64.
 Peleus, Pellicatus.8.
 Perfugium.4.
 Perfunditus.106.
 Per mihi breuis.2.
 Permittere.77.
 Pernottare.19.
 Persona Staleni.40.
 Pietas 91. Piscina.85.
 Plaga, id est dānū.29.
 Planus.36. & seq.
 Poenitet defēdere.41.
 Ponere odium &c.3.
 Ponere in culpa 61.
 Ponere opera.76.
 Popilius.47.
 Pottis religio.10.
 Ptas dñi in seruū & postulatam dare.89.
 Præcipitem agere.82.
 Prægnans.17.18.
 Præjudicatu.3.86.4.
 Præsidia arce legis.75.
 Prætor iniuratus.59.
 Prævaricator.6. Prævaricari.29.43.44.
 Pro diu & deorū.24.
 Profiteri.25. Profundere pecuniam.34.
 Projicta audacia. fo. 96.
 & 87. Proscriptū.59.
 Prudentia.43.
 Pueritiae tempus.80.
 Puctū tēporis.20.21.
Questio, & i questio-
 ne ferre.85.
 Questoris tribu-
 nal.38.
 Quid factū est stratone &c.88. &c.89.
Recipere causā.34.
 Reddere iratū.35.
 Refrigeratū.53.
 Religio.91.
 Relinquere hēredē.13.
 Reo fauet.4. Quot dies citato dentur.45.
 Reorum laudatores.92.
 Rescindere iudicatū.29.
 Responsu.78. Respōlū.
 Responsio.79.
 Robora Po. Ro. 74.
 Ruminiculos aucupari. fol.51.
Sa piēs qui sit.43.
 Scipionis factū.6.
 Scribere hēredē.13.
 Scrupul' p'ntētus.38.
 Sectores.78. Sedulo. 19.
 Sempronia & Seruilia lex. videatur lex.
 Senat i mouere.58.
 Sen. ornamēta.64.74.
 Sensus cōis. 11. Sētentia
 a maiore pte lata.38.
 Sētentia ferre.27.65.
 Sepelire.16.
 Sequestres.14. &c.50.
 Seruatores iudices.31.
 Sylla.48,73.bis.
 Similitudo.34.65.66.
 Similis tui.21.
 Socrates dānatus.41.
 Solatium cōsolatio.260.
 Sororica.17.
 Sortitio Sortitu.61.62.
 Sperare.91.
 Spondere.85.
 Stabulū.85. Stalen⁹.36.
 Stare cōuentis &c.59.
 Stomachari, Stōach⁹.29.
 Subleuare.81. Subscribere.57.59.63.
 Subsellia.30. &c.38.
 Subsortitus.46.50.
 Sūmati.12. Supititio.91.
 Suspensu.5. & 28.
 Supprimere.34.49.
 Sulcipere causam.34.
 Supplex vester.94.
TAberna.78.
 Tabulę.21. Tedę. x
 Teneri lege.49.
 Tergiversari.44.
 Teltificari.68.
 Testes q̄n interrogādī. 11.
 Testes testamenti.20.
 Theanum apulum.15.
 Tormenta defessa.84.
 Traducere equum.64.
 Transcribere.21.
 Tribunitia potestas.54.
 Triumviri &c.20.
VEnēnū.17.72. 82.
 ac.89.
 Venerei.22.
 Ventosus.38.39.62.
 Vicit pudorē libido.9.
 Vicinia, Vicinitas.7.
 Victoria.70. &c.93.
 Videre omni sensu. 11.36.
 Vir.15. &c.83.
 Vitium.63.64.
 Viuarium.85.
 Vocem mittere.45.
 Vox clara &c.14.
 Vīq̄ a mari.91.
 Vulnus & plaga pro danno.29.
Vxores vnde dictæ. x
 Finis Tabellæ.

F. SYLVII IN

CICERONIS Orationem pro A. Cluentio Habito,
Argumentum.



Affia A. Cluentii mater A. Aurio Melino gen
ero viua filia Cluentia nupsit. Melinū Sta
chitus Albius Oppianicus eques Romanus ex
municipio Larinate sterfecit. Huic nupsit Sal
sia. Sororis iniuria & domus ignominia facie
bant, ut singularem matris libidinem Cluen
tius acerbo ferrer animo. Hac de causa Cluētium mater oderat
grauiſſime. Eundem oderat Oppianicus. Nā Cluentius a Decu
rionibus & municipib⁹ suis rogatus Oppianicum accusarat, q.
Martiales Martis ministerio vindicasset, eosq; liberos & ciues
Romanos esse defenderat. Oppianicus igit̄ audaciſſimus homo
& auariciſſimus, qui iā vxores aliquot causa hæreditatis earū ha
bendę necauerat. Cluentiū necare veneno conatus est, ut ei ma
ter h̄eres esset. cuius bona vt vxorū superiorū ad se vētura spe
rabat. Impurū hominē C. Fabricium Oppianicus sollicitauit, vt
necandū veneno Cluentiū curaret. Venenū Fabritius Scamand
ro liberto dedit. Quū egrotaret Cluentius vtereturq; medico
Cleophanto, medici seruū Diogenē Fabritius ad venenū Clue
tio dādum spe & precio sollicitare cōp̄it. Diogenes rem ad do
minum detulit, qui cum Cluentio de hac re locutus est. A viris
bonis consulto latentib⁹ deprehensum venenū est, quod Sca
mander Diogeni consiliū dissimulati traderet. Scamandrū Clue
tius vocauit ī iudiciū. Accusatuit P. Cannutius, M. Cicero Ale
trinatū vicinorū precibus adductus defendit. Scamander omni
bus sentētiis pr̄ter vñā damnatus est. Ad eosdē iudices Fabri
tius reus factus est. Accusatuit idem Cannutius: defenderunt fra
tres Cepasii. Iudicū omnīū sentētiis dānatus Fabritius est. In
vtracq; accusatione Oppianicus criminis architectus arguebat.
Oppianicus his duobus preiudicīis iā dānatus ad eosdē iudices

F. SYLVIVS IN ORAT. CICER.

Reus citatus est. Accusavit idem Cannutius, defendit L. Quintius Trib. pl. Accusator Prætor hoc veneni criminē, cedens multas vxorum, liberorum fratrīs & alienorū ab Oppianico factas eru merauit. In hac causa iudices erant. xxxii. Ex his decem & septē sibi corruptendos Oppianicus putauit. Per Stalenū, qui & ipse iudex erat, rem cōmode fieri posse ratus, ad eū, vt pactus erat, DCXL. millia nummū deferri iussit ad corrūpendos. XVI. Iudices, vt singulis quadragena millia daret. Ipsius autem Stalenī sententia septima decima spe maiorum præmiorum accederet, Stalenus Oppianici pecunia domi cōdita, e re sua putat Oppianicum damnari potius q̄ absoluti. Eo enim damnato nō putat forte, qui pecuniām repeatat. Aliquot iudicibus pecuniam ab Oppianico (se enim accepisse dissimulat) promittit, vt ea ante iudicium non tradita infensos sibi hos iudices Oppianicus habear. Iudicibus promissam pecuniam ante iudicium petentibus, Stalenus ab Oppianico se dicit destitutum. In consilio iudicium manauit fama pecuniæ mētionem inter iudices versatam esse. Itur in consilium. Oppianicus absoluti sperans damnatur eriam ab iis quos corruptos esse putarat. L. Quintius Oppianici patronus concionibus turbulentis populū Ro. in iudices cōcītavit. Oppianicum enim hominem innocētem corrupto iudicio oppressum esse dicebat. Nam in populū iactabat iudices a Cluentio corruptos esse, quod populo magis erat credibile, quam ab Oppianico, quod Oppianicus damnatus esset. C. Iunius qui in hac causa quæsitor fuerat, populi concitatī furore dānatus est. Alii postea iudices dānati, alii a Censoribus notati sunt. Anno quinto post hoc iudicium Oppianicus quium exularet, ex equo decidit, latus offendit, febri corruptus est: quo ex morbo interiit. Saffia quæ filium Cluentium cupiebat perditum, de Stratone, qui fuerat seruus A. Rupiliī, quo medico Oppianicus vsus fuerat, & de Nicostrato Oppianici seruo quæstionem habuit, vt vi tormentorum dicere cogerentur Oppianicum a Cluentio necatum veneno. Iterum habita quæstione idem constater dixerunt. Se enim de veneno quicq̄ scire negauerunt. Amici & hospites

PRO A. CLVENTIO HABITO. ARGUMENTVM.

Oppianici & Saffie viri boni qui ad eam quæstionem aduocati fuerant, sibi satis quæstū viderī dixerunt. Quæstio igitur dimis̄a est. Triennio post Strato in domo Saffie furtum fecit. De hoc & de Nicostrato habita quæstio est, ut quum de furto quereretur, aliquid de veneno quod Oppianico Cluentius dedisset, considerentur. Horum in quæstionem confessionem Saffia ipsa scripsit. De furto, de quo habebatur quæstio, nihil scripsit, de veneno scripsit. postea Stratonem erecta lingua in crucem egit. De Nicostrato quid actū sit, incertum fuit. Saffia igitur ab Oppianico priuigno, cui filiam ex genero susceptam ipsa despōndit, impetrat, ut Cluentium accuset, quod Oppianicum veneno in exilio necauerit. Anno. viii. post damnatum Oppianicum Cluētius infesto matris odio a T. Actio de beneficio accusatur. In accusatione Cluentii duo præcipue fuerunt, quæ Cluentium lādere viderentur, quod a Cluentio Oppianicum veneno necatum accusator dixit, quod causæ proprium est. & inuidia iudicij Iuniani quod a Cluētio corruptum ut Oppianicus damnaretur. Actius dixerat, quæ per annos octo continuos durauit. Superius esse sibi facile quod refutet, posterius difficile quod tollat Cicero dicit. Prius refutat id quod difficilius est, quod Cluentii causam lādere maxime videbatur. Ut doceat illo iudicio Iuniano Oppianicum iure damnatum fuisse, primum ostendit quām impia infilium Saffia fuerit, a qua omne hoc periculum Cluentii profectū est, deinde multa nefaria Oppianici flagitia enumerat, quæ in Oppianici accusatione Canturius dixerat, ut his cognitis credibile sit non a Cluentio nihil de victoria desperante, sed ab Oppianico sibi concilio, ideoque ne damnaretur metuente, iudices esse corruptos. Quod obiecit Actius de C. Iunii quæsitoris & iudicium post Oppianici iudicium damnatione, Cicero negat Iunii damnationem legitimo iudicio factam fuisse, sed sediriosam populi concitationem esse potius q̄ iudicium. Id quis iudicium esset, ostendit tamen Iunii causam cum Cluentii causa confundatam non fuisse. Alia iudicia partim nihil contra Cluentium valere, partim pro Cluentio esse demonstrat. M. Aquilium & T.

ARGUMENTVM

Gutram iudices a Censoribus Senatu motos, ab iisdē Cluētium notatum ob corruptum iudicium Actius dixit, Censoriam nos tam iudicii loco habendam non esse ostendit Cicero, eluditque quod dixerat Actius Egnatium a patre exheredatum, q̄ in eadē causa iudex corruptus fuisset, Senatusconsultum de corrupto hoc iudicio factum Cicero eleuat, purgatq; q̄ post damnatum Oppianicum, quum C. Verrem accusaret Iunianum iudicium, vt Actius obiec̄t, corruptum dixerit. Iudicaria lege, qua equites non tenebantur, Cluentius, qui ex equestri ordine erat, defendi noluit. Eius legis æquitatem Cicero ostendit. Leuia quedā maledicta in Cluentium leuiter diluit. Tribus beneficiis, quo- rum postremum est, quo Oppianicus dicitur necatus, Cluentiu Actius criminatus est. Ea Cicero refutat. Alio mortis genere Oppianicum interisse, & hoc crimen a Cluentii matre confictū esse ostendit. Concludendo primum enumerat per capita quæ in Saffiam dicta sunt, deinde Saffiæ in filium impietatem amplificat, postremo flectit Iudices, vt Cluentii miscreantur. Ora- tio judicialis est. Status conjecturalis. Acta est hæc causa ad gra- dus Aurelios. Q. Naso Prætor, & Q. Voconius quæstor fuit, T. Actius adolescens accusauit, & Cicero Prætor defendit.

M·T·CICERO

NIS PRO A. CLVENTIO HABITO, ORATIO.

NIMADVERTI IUDICES,
omnem accusatoris orationem in duas di-
uisam esse partes, quarum altera mihi nitit, & magnopere confidere videbatur in
tudia iam inueterata iudicij Iuniani: alte-
ra tantummodo consuetudinis causa timide & diffidenter attingere rationem beneficij criminum: qua de re lege est haec quæstio constituta.

Animaduerti iudices) In orationum iudicialium initio ad iudices sermo conuerti solet: aliquando tamen cause utilitas postulat, ut ad alios conuertatur: vt in Ciceronem Sallustius, Grauiter & in quo animo maledicta tua paterer M. Tulli. Et in Sallustium Cicero, Ea demum magna voluptas est Crispe Sallusti, equalem ac parem verbis vi tam agere. Sicut & fecerat in Catilinâ, Quousq[ue] tandem abutere patientia nostra? Cicero quoq[ue] pro Scauro ambitus reo, in ipso orationis initio prosopopoeia loquentis pro reo, pro eodē Scauro repetundarū reo, & pro Rabirio Posthumo exemplis, pro A. Cluentio partitione usus est: vt ait Quintilianus in lib. iiiij. cuius eodem ex libro illa verba sunt, Docile sine dubio & h[ab]et ipsa præstat attentio: sed & illud, si breuiter & dilucide summa rei de quo iudex cognoscere debeat, indicauerimus. quod Homerus atq[ue] Virg. in operum suorum principiis faciunt. Nam istius rei modus est, vt propositioni similior sit q[uod] expositioni: nec quomodo quicq[ue] sit actum, sed de quibus sit dicturus orator, ostendat. Nec video quod huius rei apud oratores possit reperiri melius exemplum, q[uod] Ciceronis pro Cluentio, Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes, quarum altera mihi nitit & magnopere confidere videbatur inuidia iam inueterata iudicij Iuniani: altera tantummodo consuetudinis causa timide & diffidenter attingere rationem beneficij criminum: qua de re lege haec est quæstio constituta. Id tamen totum respondeti facilius est, q[uod] proponenti: quia hic admonendus iudex, illuc docendus est. Inuidia iudicij Iuniani) C. Junius quisitor fuerat in causa Oppianici, ideo judicium de Oppianico factum appellari Iunianum. C. autem Junius postea damnatus est, quod in Oppianici causa corruptus fuisse dictus sit. Inuidia iam

F. SYLVIVS IN ORAT.CIC.

inueterata) quæ octo annos continuos durauit. tot enim anni fuerint
 a damnato Oppianico ad hanc Cluentij causam. Ea autem inuidia est,
 quam L.Quintius Trib.pl.Oppianici patronus multis cōcionibus ex-
 citauerat. Confuetudinis causa timide) Securitas oratoris & fiducia
 iudici suspecta est. ideoque criminis ipsa timide & diffidenter attingere
 orator debet. Veneficij criminum) A.Cluentium T.Actius accusauit
 q̄ exulem Oppianicum veneno necasset. Id vt credibile magis ficeret,
 ab eodem Cluentio C.Vibium Capacem necatum veneno,& ab eodem
 paratum venenum ad Oppianicum iuniorem necandum dixit. Lege
 est hæc quæstio constituta) Constituere legem, quæstionem, & iudicium
 pro eadem re dici, hoc est, decernere vt de commissione aliquo insigni cri-
 mine queratur & iudicium fiat, pro Milone seripsum. Lege) Lege Cor-
 nelia de sicarijs & beneficis: qua tenetur etiam qui hominis necandici
 sa venenum confecerit, habuerit, vel dederit, vt libro Pandectarum, 48,
 ad legem Corneliam traditum est. Vel lege nouaa Cos. constituta, vt Cn.
 Pompeius Cos. legem tulit de cæde, quæ in Appia via facta esset, in qua
 P.Clodius occisus fuit, vt ait Cicero pro Milone. Hæc quæstio id est
 hæc causa. Nam de beneficio tantum constitutum iudicium est: de eoque
 solo iudices pronunciare debent. De corrupto iudicio quæstio constituta
 non est, alioqui duæ essent actiones. Sed vt maiore inuidia reus onerate-
 tur, idq̄ beneficij crimen magis esset credibile, hoc de corrupto iudicio
 additum est. Constituta est) A Senatu quæstiones constitui solitas Ci-
 cero pro Milone significat.

Itaque mihi certum est hanc eandem distributionem inuidiae & criminum, sic in defensione seruare, ut omnes intelligant nihil me nec subterfugere vo-
 luisse reticendo, nec obscurare dicendo. Sed cum con-
 sidero quomodo mihi in utraque re sit elaborandum:
 altera pars, quæ propria est iudicij vestri, & legitimæ
 beneficij quæstionis, per mihi breuis, & non magnæ in-
 dicendo contentionis fore videtur: altera autem, quæ
 procul a iudicio remota est, quæ concionibus seditione
 se concitatis accommodior est, q̄ tranquillis modera-
 tisque iudiciis, prospicio quantum in agendo difficulta-
 tis, & quantum laboris sit habitura. Sed in hac tanta
 difficultate, illa me res tamen iudices consolatur, q̄

+

Per mihi brevis
time si inveni
eis

vos de criminibus sic audire consueuistis, ut eorum omnē dissolutionem ab oratore quæratis: vt non existimatis plus vos ad salutem reo largiri oportere, quam quantum defensor purgandis criminibus consequi, & dicendo probare potuerit.

Subterfugere voluisse reticendo) id est, quod verum est reticerē, vt subterfugiam: quod falso est dicere, vt obcurē. Pollicetur igitur se nihil celaturum quod verum sit: nihil dicitur quod falso. Quę propria est iudicij vestri) id est de qua quæstio constituta est: ideoq; de qua sententiam laturi estis. Quis enim accusator multa criminā reo obiciat, vt id quod cause proprium est sit magis credibile, judices tamē de eo solo pronunciant, de quo quæstio constituta est: id igitur iudicii propriū est. Legitimus questionis) id est cause lege constitutæ. Per mihi breuis) id est mihi perbreuis. Tmesis est, vel ut Donatus, dieresis, vt libro Epistolarū ad Atticum primo. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est. In eodem, Per mihi, per, inquam, gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, q̄ soles in his rebus, quas me valde velle arbitraris. Libro quinto, Per mihi gratum erit, si id curarī ad me perferendum. Libro de cimo, Per enim magni astimo tibi firmitudinem animi nostri, & factū nostrum probari. Haec autem dicendi ratio minus est oratoribus quam poetis frequens, si altera compositionis pars præpositio sit. Per mihi breuis) Multo plura Cicero dicit, vt ab Oppianico iudicium corruptum ostendat, quam vt beneficij crimina refutet. Contentionis) id est laboris. Contendere enim laborare & niti significat, vt in libro Aeneidos primo, Defessi Aeneadē quę proxima littora cursu contendunt petere. Inde contente profortiter & laboriose Cicero dicit libro Tuscula martini quæstionum secundo, Genu, me hercule, M. Antonitum vidi, quem contente ipse pro se lege Varia diceret, terrā tangere. Quae procul a iudicio remota est) id est quæstionis iudicij propria non est: id est ea quae est in iniuria iudicii Iuuiani. Seditiose cōcitatis) ab aliquo Tribunorum pl. Audire) in accusatione, id est de criminibus, quę propria cause sunt. Dissolutionem) id est excusationem, negationē, purgationē, vel refutationē. Illa autem sententia est, Quum accusator intendit vel probat criminā reo obiecta, non continuo creditis, sed expectatis eius qui reo patrocinatur dissolutionem. Ideo sperfore, vt refutationē meam horum beneficij criminum expectetis. Id si feceritis, nihil dixerit accusator, quod reum ledat. Ab oratore) id est a patrono: nam auctore Donato in Heyram Terentii, orator est is cui causa defendenda mandatur. Ad salutem) id est ad absolutionem,

Per mihi
breuis.

per mihi
gratū in epistola

tib; p; bax; t; ate

Cōtendere
& contēte, t; forte;

Orator

F. SYLVII IN ORAT.CIC.

De inuidia autem sic inter vos disceptare debetis, ut non quid dicatur a nobis, sed quid oporteat dici, consideretis. Agitur enim in criminibus, A. Clientii proprium periculum: in inuidia, causa communis. Quam obrem alteram partem causae sic agemus, ut vos doceamus: alteram sic, ut oremus. in altera, diligentia nostra nobis adiungenda est: in altera, fides imploranda. Nemo est enim qui inuidiae, sine vestro ac sine talium virorum subsidio, possit resistere. Evidem quod ad me attinet, quo me vertam nescio. negem fuisse illam infamiam iudicij corrupti? negem illam rem agitatam in concionibus? iactatam in iudiciis? commemoratam in Senatu? reuellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam? tam vetustam? Non est nostri ingenii: vestri auxilii est iudices, huius innocentiae, sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciofissima flamma, atque in communii incendio subuenire. Et enim sicut aliis in locis parum firmamenti, & parum virium falsitas habet: sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet. dominetur in concionibus: iaceat in iudiciis. valeat in opinionibus ac sermonibus imperitorum: ab ingeniosis prudentium repudietur. vehementes habeat repentinos impetus: spatio interposito, & causa cognita consenescat. denique illa definitio iudiciorum & quorum, que nobis a maioribus tradita est, retineatur, ut in iudiciis, & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur.

Sed quid oporteat dici, consideretis) Quā ad ordines vestros hec inuidia pertineat. In criminibus) veneficij scilicet. Causa communis) iudicij omnium scilicet. Alterā partē cause) de veneficij criminibus. Ut vos do-

ceamus) id est credibile non esse doceamus criminis hec a Cluētio admis-
sa Diligentia vestra id est attenta vestra auditio. Fides imploranda
id est postulandum auxiliū. Nemo est qui inuidia est mala gra; Inuidia
ti, & malevolentia ex improbo aliquo facinore aut huiusmodi facinoris
suspitione cōtracta, aut improbi alicuius hominis sermone excitata: que
tantum habet momēti, tantum virium ad opprimendam etiam inno-
centiam, vt eam vitroforti metuenda esse Aristoteles libro Ethicoru. iii.
scribat. Quo me vertā nescio) Diaporesis est, id est addubitatio, qua vti
mur, vt ait Romanus Aquila, quum propter alias res volumus vide-
ri dubitare, & quasi ab ipsis iudicibus consilii capere, quo potissimum ge-
nere orationis vtamur. Quale, inquit, est pro Cluētio processus. Evidē
quo me vertam iudices nescio. negem fuisse illam infamiam? &c. Autho-
re Quintiliano lib. ix. Affert aliquā fidē veritatis dubitatio, qui simula-
lans querere nos vnde incipiendū, vbi desinendū, quid potissimum di-
cendum, an omnino dicendum sit. Cuiusmodi exemplis plena sunt o-
mnia: sed vnum interī sufficit. Evidē, quod ad me, quo me vertam
nescio. Negem fuisse infamiam iudicij corrupti? &c. Nege fuisse &c.) Id
autem negare Cicero non poterat, quod ea infamia diuulgata sit. Agi-
tatem in concionibus) Cōciones sunt po. Ro. vt forum iudicum, & curia
Senatoriū sunt etiam conciones, orationes ad populum. L. autem Quin-
tius populi R. suis cōcioneibus concitauerat maxime, vti postea dicet.

In iudiciis) vt in causis Staleni, Bulbi, Gutte, Popilii, quorū de damnatione postea Cicero dicet. Tam penitus) id est tam altis velut radicibus.

Aliis locis) vt in testamētis, in tabulis, in testimoniis, aliisq; eiusdem
generis rebus. Vt a vero veritas sepius, ita a falso falsitas rarius dicitur.

Imperitorum) id est vulgi. Sine inuidia &c.) Authore Cicerone in li-
bro de Officiis primo, optandū est, vt si qui præsunt Reip. legum similes
sint: que ad puniendum non iracundia, sed equitate ducuntur. Sine cul-
pa inuidia) id est falsa inuidia, ea scilicet que suscepta est sine culpa eius in
quem suscepta est. Ponatur id est deponatur, vt in L. Pisonem, Hoc ita
fit vt viri fortes etiam si ferro inter se communis decertarint, tamen il-
lud contentionis odii simul cum ipsa pugna armisq; ponant. In ea re id
verhū ponere sepe dicitur, vt ponere arma veste dolorem vitā Cicero dis-
xit. In primo de Officiis, II. qui armis positis ad Imperatoꝝ fidē cōfugiūt,
quis murū aries percusserit, recipiēdi sint. In lib. Tusc. q̄est. primo, Iuue-
nes si quos modo nomināui, veste posita, corpora oleo perūxerūt. Lib. v.
Atq; is quū pīla ludere vellet, studiose enim id facilitabat, tunicāq; pone-
ret, adolescentulo, quē amabat, tradidisse gladiū dicitur. Ponere tunicā p
induire vulgus indocte dicit. Lib. iii. Quid est aut̄ quod plus valeat ad po-
nendū dolore, q̄ quum est intellectū nihil profici, & frustra esse susceptū
Libro Epistolarū Familiarū. ix. Hoc deniq; animo sum, vt si in hac cura
atq; administratione vita mihi ponēda sit, preclare actum meū putem,

Diaporesis

Cōciones.

Falsitas.

Ponere o-
diū arma
&c. pro de-
ponere.

Tunc a
ponere
que adiuvi
coquim 3 o

F. SYLVII IN ORAT.CIC.

**Præjudicat
tum.**

*Judicata
rue re
niente opinionem
comprehendere*

Tame

*Inuidia.tis
menda,*

reperiatur

*spes
rurit*

Quamobrem a vobis iudices, antequam de ipsa causa dicere incipio, hoc postulo: primum, id quod aequissimum est, ut ne quid huc præiudicati afferatis. etenim non modo auctoritatem, sed etiam nomen iudicium amitteremus, nisi hic ex ipsis causis iudicabimus, ac si ad causas iudicia iam facta domo deferemus. Deinde si quam opinionem iam vestris mentibus comprehendi stis, si eam ratio conuellet, si ratio labefactabit, si denique veritas extorquebit, ne repugnetis, eamque animis vestris aut libentibus aut aequis, remittatis. tum autem cum ego unaquaque de re dicam, & diluam, ne ipsi quæ contraria sunt, taciti cogitationi vestrae subiiciatis: sed ad extremum expectetis, & me meum dicendi ordinem seruare patiatim. cum peroratum fuerit, si quid erit præteritum, tanimo requiratis. Ego me iudices ad eam causam accedere, quæ iam per annos octo continuos ex contraria parte auditur: atque ipsa opinione hominum tacita, prope conuicta atque damnata sit, facile intelligo. sed si quis mihi deus vestram ad me audiendum benevolentiam conciliarit, efficiam profecto, ut intelligatis nihil esse homini tam timendum, q̄ inuidiam: nihil innocentis suscepta inuidia tam optandum, q̄ aequum iudicium: q̄ in hoc uno denique falsæ infamiae finis aliquis atque exitus reperietur. Quam obrem magna me spes tenet, si ea quæ sunt in causa, explicare atque omnia dicendo consequi potuero, hunc locum, confessumque vestrum, quem illi horribilem A. Cluentio ac formidolosum fore putauerunt, eum tandem eius fortunæ miseræ multumque iactatae, portum ac perfugium futurum,

Hoc postulo) Quia iudices nobis conciliatos habere debemus, summa diligentia videndum est, an eorum animi alieni sunt, vel pre*j*udiciis, vel opinione domo allata vel tacita, quū agitur causa cogitatione, vt hanc animorū affectionē tollamus. Pre*j*udicati) Pre*j*udicatū hic appellat, quod Pre*j*udicātū paulo post, pre*j*udicū. id autem est quod ante in iudiciis ad causam ipsam tum & prae pertinentibus pronunciatiū est, vt paulo post Scamandri & Fabritii dāna iudicium, Oppianici pre*j*udicia appellat. Quia igitur post damnatū Oppianicum C. Iunius Stalenus, Gutta alioq; multi, qui in Opianici causa iudices fuerāt, damnati sunt, & Cluentius a Censoribus notatus, postulat Cicero ne hēc iudices habeāt veluti pre*j*udicia ad hanc corrupti iudicij causam pertinentia. Sed etiam nomen iudicū) Nam ex aliorū sententia non ex nostra iudicium feremus. Quintilianus lib. v. in pre*j*udiciorū refutatione dicit, rogandoz esse patrono*j*udices, vt rem potius intueantur ipsam, q̄ iuriūrādo alieno suum donent. Extorquebit) id est extrahet, & fallam ostendet. Ne repugnetis, i.e. ne pertinaciter illam opinionē resisteat. Eāq; opinionē. Remittatis) id est relaxetis atq; relinquatatis.

Tum autem), i. tertio. Ne ipsi que cōtraria sint) id est ne cogitatis ea que sunt iis que dicā, cōtraria, id est cōtrariā opinionē ne habeatis: sed ea sita audiatis, tanq; si nunc prīmū hēc causa ageretur. Annos octo conti- nuos) Nam octo anni fuit ab Oppianici damnatione usq; ad hāc Cluentii cause actionē. Ex cōtraria parte) id est ab L. Quintio alioq; Cluentii aduersariis. A rei iniquitate slectit iudices. Naturalis enim favor est pro laborantibus. Reo satietur. ideoq; reo q̄ accusatori plures ad agendum horē dabātur: vt in causa Milonis acculacōri due, reo tres horē date sūt. Reo fauct.

Si quis deus cōciliarit) Hoc ideo dicit, quia difficile est cōciliatos iudices habere, q̄ tot annos aduersām causam audiuerūt. In hoc vno iudicio.

Deniq; id est tandem. Insaniq; id est inuidie. Magna me spes teneret) i. multum spero, vt, tenet me odiū tui, id est odi te. Cicero actionē in Verrem tertia, Homines scitote esse quosdā, quos tantū odiū vestri orationis teneat, vt hoc palā iam dictitēt, se istū quē scitāt esse hoīem impro- bissimū, hoc vno nomine absolui velle, vt ab Senatu iudicia per ignomi- niā turpitudinēq; auferātur. Sed ea que sunt in causa &c.) i. si benevolē me & attēte audiueritis. Cōfessumq; vestrū) i. vestrū coetū, q̄ ad iudi- candū simūl sedetis. Authore Valla lib. iii. nomina in us (que in io quoq; exēit) pro personis accipi solent, Cōuentus nō est cōuentio, sed homines qui vñū in locū cōuenierūt: Cōfessus nō est cōfessio, sed homines vno in loco cōsidētes. Nā vti lector quū recitat, testis quū dicit testimoniū, orator quū agit, Senator quū dicit sententiā, recti stat: ita iudex quū audit & quū pronūciat, sedet. nā sedēdo & quiescēdo fit anima sciēs & prudēs. Et ille a. pud Plautū, Plus, inqt, sapio sedēs. Horribilē atq; formidolosum) puta. Sedet in- uerūt em̄ fore, vt a yobis Cluentius dānaret: q̄ res animos iudicij ab adue- sarū alienat, taq; illi aduersari iudicibus id prescriptūt, quid ipsi essent

L.S Y L V I S I N O R A T . C I C .

Perfugiū. prōnunciatur. Perfugium) Vt in libro de Officijs secundo, Rēgū, pos
pulorum, nationum portus erat & perfugiū. Senatus. Perfugium autem
non, vt volgo dicunt, refugium dicitur: quis confugere non perfugere
dicamus pro eo quod est perfugium querere. Virgilii libro AEn. primo,
Ad te configio, & supplex tua numina posco. Inde confugelam pro per-
fugio antiquos dixisse Sex. Pompeius author est.

*Viginti ad
crimen*

*Oppiani
cum
partitio.*

*Grauiet
sive dignitatis*

Tametsi permulta sunt, quę mihi anteq̄ de causa dī-
cam, de communib⁹ inuidiæ periculis dicenda esse
videantur: tamen ne diutius oratione mea suspenſa ex-
pectatio vestra teneatur, aggrediar ad crimen cum il-
la deprecatione Iudices, qua mihi ſæpius vtendum esse
intelligo, ſic vt a me audiatis, quaſi hoc tempore hac
cauſa p̄imum dicitur, ſicuti dicitur: non quaſi ſæpe
iam dicta, & nunq̄ probata ſit: hodierno enim die pri-
mum veteris iſtiuſ criminis diluendi potestas eſt data:
ante hoc tempus error in hac cauſa, atque inuidia ver-
ſata eſt. Quamobrem, dum multorum annorum accu-
ſationi breuiter dilucideq; repondeo, quaſo ut me Iu-
dices, ſicuti facere iſtituisti, benigne attenteq; audia-
tis. Corruſiſe dicitur A. Cluentius iſdicium pecunia,
quo inimicum ſuum innocentem, Stathium Albium
condemnaret, ostendam iudices p̄imum, quoniam ca-
put illius atrocitat̄ atq; inuidiæ fuit, innocentem pe-
cunia circuuentum: neminem vñquam maioribus cri-
minibus, grauioribus testibus eſſe in iudicium vocatū,
deinde ea de eo p̄aejudicā eſſe facta ab iſp̄is iudicibus,
a quibus condemnatus eſt, vt non modo ab iſdem,
ſed ne ab aliis quidem vllis, absolui vlo modo poſſet.

Tametsi permulta ſunt) Quia oratio breuis eſſe debet, vtilis illa occu-
patio eſt, quā aliquid nos dicere nolle ſignificamus, metuentes ne pro-
lixa noſtra oratioſit. Tum enim forteſſe maiora, q̄ diceramus, animis iu-
dices concipiunt, nosq; breuitati ſudere cogitantes nihil nos putateſſe

Dicturos, nisi quod ad causam pertineat plurimum. Inde orationi nostrae fides authoritasque accedit. De eorum inuidiae periculis id est, Cōmunitatis locus mihi tractandus videtur, quantū omnes etiam innocentēs inuidiae periculis subiecti sint. Suspensa) incerta & dubia, expectās refutationem, ut de lege Agraria contra Rullum, Nolo suspensam & incertā plebem Romanam obscura spe & cæca expectatione pendere. Aggrediar ad crīmen) Símile illud est pro P. Sestio, Q̄zq; a Q. Hortensiō clarissimo vito atq; eloquentissimo causa est P. Sestij perorata, nihilq; ab eō prætermissum est, quod aut pro Rep. conquerendum fuit, aut pro reo disputandum, tamen aggrediat ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur &c. Illud autē, Aggredere o magnos, aderit iam tēpus, honores, poetis magis familiare est. Quā mihi sēpius &c.) Hac enim deprecatione modo vñs est. Quasi hoc tēpore &c.) i. ne quid huc præiudicati afferatis, ne quā opinionē mentibus vestris contra Cluentū domini comprehensam audiendo hanc causam habeatis. Hęc causa dicitur) Reus aut eius patronus causam dicit. Sæpe iā dicta) in cōcōnib; in foro, in curia. Error) quū enim ab Oppianico iudicium tentatum sit, id a Cluentio corruptum vulgo creditum est. Ereuter dilucideq;) Oratio enim breuis & dilucida esse debet. Eius autem breuitas tum demū est, si nihil in ea superuacaneū sit. Itaq; hęc oratio, quæ paginis multis perscripta est, breuis est. Benigne attenteq; audiatis) Illud sēpe fit, ut quū ad aliud trāsimus, auditores admotieamus, eosq; attētos faciamus. Hac ratione oratio magis dilucida fit, & auditores prædicta, mēte recolligunt, atq; ad reliqua audienda se præparant. Corrupſile dicitut) Proponit qđ refutaturus sit. Condemnaret) Accusatore condemnare dicit, qui facit ut reus condemnetur. Ostēndā iudices primū) Partitio est, cuius sunt tres partes. Quāvis in partitione ea quæ initio huius orationis est, duæ partes sunt, illud tamen sēpius facit Cicero, ut sint tres ptes: ut pro Sex. Roscio, & L. Murena. Innocentē) Oppianicū. Circūuentū) id est op̄ pressum & damnatū, ut postea circūuenire iudicio, in eadem re dicit. Miserem quādam Latino, atq; illam vñsq; a mari supero Romam profici scū magno comitatū & pecunia, quo facilis circūuenire iudicio capit, atq; opprimere filiū posset. Alioqui circūuenire decipere est, ut in libr. de Officijs secūdo, In primisq; operā dabunt, ut iuris & iudiciorū æquitate suū quisq; teneat: & neq; tenuiores ppter imbecillitatē circūueniantur, Cīrcūuenire. neq; locupletioribus ad sua vel tenēda vel recuperāda cibis inuidia. Nemine vñq; majoribus criminibus &c.) Ideo debuit cōdemnari, nec metuebat Cluentius ut is absolveretur, itaq; iudices nō corrup̄t. Grauioribus id est fide dignioribus: qui neq; pecunia, neq; gratia, neq; odio, neq; minis ad dicendum falsum testimoniu moueri possent. Præiudicia) quibus Scamander & Fabritius dānati sunt. Ab ipsis iudicibus aqbus) Id est fuit accusator Scamandri, Fabritii, Oppianici, idēq; iudices fuerunt.

F. S Y L V I V S . I N O R A T .

Cum hæc docuero, tum illud ostendam, quod maxime
 requiri intelligo, iudicium illud pecunia esse tentatum: non a Cluentio, sed contra Cluentium: faciamque
Tentatum
peccatum
fidianum
 ut intelligatis in toto illa causa, quid res ipsa tulerit,
 quid error affinxerit, quid iniuria conflarit. Primum
 igitur illud, ex quo intelligi possit debuisse Cluentium
 magnopere causæ confidere, quod certissimis criminibus
 & testibus fretus ad accusandum descenderit. Hoc lo-
 co faciendum mihi Iudices est, ut vobis breuiter illa,
 quibus Albius condemnatus est, criminia exponam.
 Abs te peto Oppianice, ut me inuitum de patris tui
 causa dicere existimes, adductum fide atque officio de-
 fensionis. etenim tibi, si in præsentia satisfacere non po-
 tuero, tamen multæ mihi ad satisfaciendum reliquo tem-
 pore facultates dabuntur. Cluentio nisi nunc satisfecer-
 ro, postea mihi satisfaciendi potestas non erit. simul
 & illud quis est, qui dubitare debeat, contra damna-
 tum & mortuum, pro incolumi & viuo dicere? cum il-
 li in quem dicitur, damnatio omne ignominæ pericu-
 lum iam abstulerit, mors vero etiam doloris: huic au-
 tem pro quo dicitur, nihil possit offensionis accedere si-
 ne acerbissimo animi sensu ac dolore, & sine summo de-
 decore vitæ ac turpitudine.

Tentatum). i. vt corruperetur sollicitatū. Iudices enim qui a Sta'eno
 sollicitati fuerant, vt Oppianicū absoluarent, eum dānauerunt, quia pro-
 missa pecunia non proferebatur, neq; sequestribus ante iudicium data
 putabatur. Non a Cluētio &c) Quintilio in libro quarto hec parti-
 tiō placere non videtur. Si, inquit, vnum crimen varie defendimus, sui
 peruacua partitio est: vt si ita partiamur, Dicam non tales esse hunc que-
 tueor, vt in eo credibile videri possit homicidium. dicam occidendi causam
 huic non fuisse, dicam huc eo tempore, quo homo occisus est, trans mare
 fuisse. Quo omnia, anteq; id quod yltimum est exequaris, inania videri

Necesse est. Festinat enim iudex ad id quod potētissimū est, & velut obli-
gatū promisso patronū, si est potētor, tacitus appellat: si vel occupatus.
vel in aliqua potestate, vel etiam si moribus incompositus, cum conuicio-
efflagitat. Itaq; non defuerūt, qui Ciceronis illam pro Cluentio partitio-
nem improbarent, qua se dicturum esse promisit, primū neminem ma-
ioribus criminibus, grauioribus testibus in iudicium vocatum, q; Oppia-
nicū deinde p̄ejudicia esse factū ab iis ipsis iudicibus, a quibus damnatus
sit; postremo iudicium pecunia tentatū non a Cluentio, sed cōtra Cluen-
tiū. Quia si probati potest tertiu, nihil necesse fuerit dicere priora. Sed
contra Cluentiū) In causis judicialibus vt rei ita accusatotis discrimen
erat: vt enī reus discriminē capitis id est exiliū, ita accusator honē existima-
tionis subibat æquum est enī vt periculū subeat, qui in periculum alium
adducere frustra conatus sit. Itaq; Cicero in eādem scribit sententiam in
Diuinatione, Nulla, inq; salus Rēip. maior est, q; eos qui alterū accusant,
non minus de laude, de honore, de fama sua, q; illos qui accusantur, de ca-
pite ac fortunis suis pertimescere. Itaq; semper hi diligētissime laborio-
fissimeq; accusarunt, qui seipso in discriminē existimationis venire arbitri-
ati sunt. Quid error? Error eos, qui a Cluentio corruptum iudicium
putauerūt, propterea q; Oppianicus damnatus esset, a quo iudices corru-
ptos esse verisimile nō erat. Hoc loco faciēdū &c.) Vt Oppianicum iure
condemnatū, idecq; a Cluentio iudices corruptos nō esse ostēdit, necesse
est exponat crimina quibus Oppianicus damnatus est, atq; repeatat Op-
pianici accusationē. Breuiter) breuis enī narratio esse debet. Albius) Oppianicus: Id enī facere solet Cicero, vt primū nomina omnia alicuius
ponat: cuius si postea facienda sāpe mentio est, modo hoc, modo illud po-
nat. Exponam) id est narrem, qua in re a Cicerone & a Quintiliano
persepe dicitur. Vt me inuitum) Illud in agendis causis evitandū est,
ne quē nobis amicū lēdere videamur. Ideoq; si contra amici voluntatem
dicamus, id excusemus, vt Cicero hoc loco facit, & pro L. Murena, quem
contra Seruum Subpitum defendit. Adductum fide atq; officio) A.
Gellius cap. xiiij. lib. quinti, illos gradus officiorum ex moribus po. Rom.
seruatos ponit, vt primus sit parentum, alter pupillorū fidei tutelęq; no-
stræ creditorum, tertius clientum, qui se se itidem in fidem patrociniiq; q
noltrū dederūt, quartus hospitū, postremus cognatorum atq; affinium.
Fidē igitur defensionis clienti Cluentio seruare debet Cicero, quā si Op-
pianici patris crimina reticeret, proderet, essetq; p̄euaricator, quem esse
Vopianus dicit libro Digesto, tertio, titulo de his qui notantur infamia,
qui diuersam partē adiuvat, prodita causa sua. Reliquo tēpore), i. in po-
sternum. Postea mihi sat: faciendo) Nam damnatus exulabit. Damna-
tum, & mortuū) Oppianicum. Pro incolumi & viuo) Cluentio. Mors
vero etiā doloris) Taq; animus mortalis sit hoc Cicero dicit, vt vulgarē,
sequatur opinione: & min⁹ acerbeferat Oppianicus, si pater, cansam eius.

Accusato-
ris poena
quā reus
absolueba-
tur.

gr. id u. officio enī

P̄euarica-
tor.

F. SYLVIVS IN ORAT.

dicete Cicerone, dolorem nullum sentiat. Ideo Cæsar apud Sallustium dicit in luctu atq; miseriis mortem ærumpuarum requiem, non cruciatum esse: eam cuncta mortaliū mala dissoluere, yltra neq; curæ neq; gaudio locum esse. Cicero in libr. Tusc. quest animos immortales esse probans, vt aliis multis, ita illo quoq; argumento vtitur, quod omnibus curæ sunt, quæ post mortem futura sunt. idq; multis modis probat, sed de hac re postea. Nihil possit offensionis accedere) id est damnari non possit. Offensionem passiu, & offensam actiu dici, apud Vallam est.

accusato ²¹⁹ *curia nō* Atq; vt intelligatis Cluentium non accusatorio animo non ostentatione aliqua aut gloria adductum, sed nefarioris iniuriis, quotidianis insidiis, proposito ante oculos vitæ periculo, nomen Oppianici detulisse, paulo longius exordium, gratia rei demonstrandæ, repetam, quod quæso iudices ne moleste patiamini. principiis enim cognitis, multo facilius extrema intelligentis. A. Cluentius Habitus fuit, pater huiusc iudices, homo non solumi municipiū Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius & vicinitatis, virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Is cum esset mortuus Sylla & Pöpeio Coss. reliquit hunc annos. XV. natum: grandem autem & nubilem filiam: quæ brevi tempore post patris morte nupsit A. Aurio Melino consobrino suo, adolescenti in primis, vt cum habebatur, inter suos & honesto, & nobili.

in parte ²²⁰ Non accusatorio animo) id est nō inimico. Non ostentatione) Autore Cicerone libro de Officiis secundo, adolescentes magnam sibi gloriam ex eloquentia coprant, siue ex accusatione siue ex defensione. Huius gloria causa multi adolescentes viros claros aut accusauerunt aut defenderunt.

Proposito ante oculos) Nam deprehensum ante venenū est, quo necesse Cluentius Oppianicus conatus est. Paulo longius) Autore Quinti Liano lib. iiiij, quā a poemio ad narrationē vel ad refutationē trāitus est, id debet in procēmio postremū esse, cui cōmodissime iungi initū sequentium poterit, cadere nō oportet abrupte ex procēmio in narrationē vel refutationē, sed ita cōiungenda est, vt ex procēmio duci videat. Huius tñ trāitus admonēdi sunt auditores: nec in his partib⁹ solū, sed in aliis etiā

Narratio

& plerumq; in questionibus. Quoniam tamē narratio brevis esse debet, si ea futura sit longior, ad eam ipsam preparādum esse iudicem idē præcipit, vt Cicero, inquit, sepius, sed hoc præcipue loco fecit: Paulo longius exordium rei demonstrandę gratia repetā &c. In hac autē oratione narratio nulla generalis est, multe sunt speciales. Fit enim raro, vt quū statutus coniecturę est, patronus narret. Quid enim narrabit, qui factum a se negat? A. Cluētius Habitus) Sulpitius Victor in oratorijs institutionib; bus præcipit narrationē apertā fieri, si a rectō casu incipiat, vt ferme, inquit, narrationes Tullianę sunt. vt P. Clodius quām statuisset omni scelere in Prætura vexare Remp. &c. Et, Sex. Roscius pater huicse, municeps Amerinus fuit, quum genere & nobilitate & pecunia non modo sui municipi, verum etiam eius vicinitatis facile primus, tum gratia atq; hospitijs florens hominum nobilissimorum. Cuius narrationis initium huic persimile est. Authore Quintiliano libro quarto initium narrationis quidam faciendum a persona putant: eamq; si nostra sit, ornandum: si aliena, infamandam statim. Hoc sane frequentissimū est, quia personae sunt inter quas litigatur. Sed hęc quoq; interim cum suis accidentibus ponendae, quum id profuturum est. vt, A. Cluentius Habitus fuit pater huicse iudices, homo nō solum municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius & vicinitatis virtute existimatione nobilitate facile princeps. Hęc ille. In hac autē narratione Cicero causas dicit, quibus Cluentio Salsia mater inimica sit. Vicinitatis id est locorum, vt vulgo loquuntur, circuinorū. Vicinitas enī authore Valla lib. 4. est vici-
notrum propinquitas. Vicinia autem non tam homines, qui eundem vi-
cum incolunt significat, q; qui prope domum nostram habitant. Sylla
& Pompeio Coss.) L. Sylla & Q. Pompeius Cōsules fuerunt paulo post
confectum bellum Italicum, & initio belli Mithridatici. De eorum Consulatu T. Liuius libro. lxxvij. Nubilem filiam) Ut in Oratione pro P.
Quintio, Quum illum in suis paternis bonis dominari videret, ipse filię Nubilis.
nubili dotem confidere non posset. Virgilis libro Aeneidos vii. Iam ma-
tura viro, plenis iam nubilis annis. Consobrino suo) Consobrinos ap-
pellari eos qui ex duabus sororibus editi sint, quasi consororinos scribit Cōsobrin⁹.
No. Marcellus. Quis iure prohibite sint nuptie inter patrem & filiam,
auſi & neptem, matrem & filium, auiam & nepotem, inter fratrem & Nuptie in
fororem, siue eodem patre eademq; matre nati sint, siue altero eorum, ter propin-
duorum tamen fratum vel sororum liberi, vel fratris & sororis coniugi quos
possunt, vt est in Institutionis Iustiniani primo, titulo de nuptijs. Pro-
pinquorum connubia fieri solita non esse, Plutarchus in Problematis
Scribit, vel ad augendas necessitudines, vel ad euitanda propinquorum dis-
fidia, que inter vxorem & maritum sepe intercidunt: vel vt mulieres &
propinquis ope in implorarent, siquid a maritis iniuste patarentur. Id ta-
men natura duce factum arbitror, qua duce maior quædam inter propin-

F. SYLVIVS IN ORAT.

In h^ex prop*ri* quo
m^um a Est o*ra*lia
i*am* m*er*
H*est*i*as*

quos v*er*e*c*undia i*ng*enita est, quod etiam in belluis aliquando animaduer*s*um est. Authore enim M. Varrone in libro de Re rustica secundo, quum equus matrem vt saliret, adduci non posset, quum capite obvulso auri*ga* adduxisset & c*eb*egisset matrem inire, quum descendenti velamen dem*ps*isset ab oculis, ille impetum fecit in eum, & mordicus interfec*it*.

Cum essent ha*x* nup*ti*a*re* plen*ae* dignitatis, plen*ae* con*tra*
cordia*re*, repente est exorta mulieris importun*at* nefaria
libido, non solum dedecore, verum etiam scelere con*tra*
iuncta. Nam Saffia mater hu*is* Habiti*m*. mater enim a*me* nominis causa, tamets*i* in hunc hostili odio & crude*lit*ate est, mater inquam appellabitur: nec*q* illa ita de
suo scelere & immanitate audiet, ut natur*ae* nom*en* am*it*
tat. Quo en*im*a est ipsum nomen amantius indulg*et*ius*q*
mater*um*, hoc illius matris, que multos iam annos, &
nunc ut cum maxime filium imperfectum cupit, singula*re*
scelus maiore odio dignum esse ducet*is*. Ea igitur
mater Habiti*m*, Melini*m* illius adolescentis generi sui, con*tra*
q fas erat, amore capta, primo, nec*q* id ips*u* diu, quo
quo modo poterat*in* illa cupiditate continebatur. de*n*
de*it*a flagrare c*ec*p*it* amentia, sic inflammata ferri libi*d*ine,
vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non
macula famili*ar*ia*re*, no*h*ominum fama, non filii dolor, non
filia*re* moeror, a cupiditate reuocaret*an*imum adolescentis
nondum consilio ac ratione firmat*u* pellexit*is* omni*bus* rebus, quibus illa etas cap*i* ac delin*ir*i potest.
*A*urum b*ad*ol*u*, c*en*lib*u*
*d*u*c*u*s* i*w* ac*ta* h*ou*t*u* f*ix*
*u*bi*s*

Plen*e* dignitatis) id est honest*at*, vt in primo de Officiis, Cn. Octauio,
qui primus ex illa familia Cos. factus est, honor*is* fuisse accepimus, quod
pre*ci*ari*ea* edificasset*in* Palatio, & plen*ae* dignitatis dom*u*. Importun*at* i*l*.
inhuman*at* & crudel*is*, de qua voce scribim*u* in Inuestiu*as* Cic. Dede*co*
se*c*on*tra**ta*). i*c*on*tra**ta* hab*e*s dedecus. A mat*ius* indulg*et*ius*q* mar*er**u*)
Authore Aristotele lib*Eth*(cor*u*, ix su*u* quis*q* op*u*s diligit, vt poe*ma*
ta sua poet*e* perinde ac liberos dilig*it*. Suos itaq*ue* liberos parentes, vt

PRO A. CLVENTIO HABITO. VIII

opus suum diligunt. Q uod autem maiore labore partum est, charitus habetur. Suos filios matres diligunt ardentius, igitur liberos matres diligunt magis quam patres. Suum enim opus esse sciunt certitus, idque optis maiore cum labore & dolore pariendo matres suscipiunt. Est igitur maternum nomen amantius indulgentius quam paternum. Et nunc quum maxime legendum arbitror, & nunc ut quum maxime: ad hanc sententiam, Satis multos iam annos filium cupit interficere, sed nunc praescripere. Nunc ut quum maxime) Dicimus enim, diligote ut quem maxime, id est diligo te ut eum quem ego maxime diligo, id est diligo te maxime. Nunc letus est, ut quum maxime, id est nunc tam letus est, quantum est tum quod est maxime. i.e. maxime letus est. Contra quam faserat) Aequae ac & aequae quam, alius ac & alius quam, contra ac & contra quam, aliaque eiusdem generis multa dici solent. In illa cupiditate continebatur), i.e. se continebat, eamque cupiditatem occultabat. Amentia), i.e. amoris vehementia, cuius amoris incepio est amentium haud amantiu, ut ait Terentius in Andria. Inflammata libidine) Amor enim ignis est. Pudor) quod nullum veteretur. Pudor enim verecudia est. i.e. animi quedam affectio, qua dictori factori vel turpitudine aliquis aures oculos offendere veremur. Pudicitia vero castitas est. Non pietas) Sallust in filiam. [Nōdū cōfilio ac ratione firmatū] Animos adolescentiū mutabiles esse multis modis Aristoteles libro Rheticus scribit. Auctore Cicerone in libro de Amicitia, summi pueroru amores sepe una cō pretesta, sumpta toga, depontur. Quod si in adolescentiam perduxissent, dirimunt tamen interdum contentionem vel luxuriam, vel conditionis, vel commodi alicuius, quod idein adipisci uterque non posset, dicit. Idem in libro de Officiis primo, disputans quomodo consideranda sit eorum in quos liberales esse voluntus, in nos benevolentia, Benevolentia, inquit, non adolescentorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia iudicamus. Inde virilis aetas a Cicerone in libro de Senectute appellatur constans aetas, de qua illic plura scribimus. Eandem corroborata & firmata. Idem appellat pro M. Celio Multa, ita quid, sibi blandimenta natura ipsa genuit, quibus sapita virtus conniveret: & interdu multas vias adolescentie lubricas ostendit, quod illa insistere aut ingredi sine casu aut prolapso vix possit: & multarū rerū iucundissimarum varietatē dedit, qua nō modo hæc aetas, sed etiā iam corroborata capere tur. Idem paulo post, Multi & nostra & patru maiori quam memoria iudices, summi homines & clarissimi ciues fuerūt, quorum quā adolescentie cupiditates deferuerūt, exituq; virtutes firmata iam aetate extiterant. Quibus illa aetas capi) Illud de Catilina Sallustius scribit, Maxime inueni vel adolescentiū familiaritas, appetebat, eoru animi molles, & aetate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur: nam ut cuiuscū studiū ex aetate flagrabat, alijs scorta præberet, aliis capes atque equos mercari. Illa aetas) id est homines illius aetatis.

In me puerorum sunt
anno 6

adolescentes eratque physi facili &
deinde rupi tenui &

F. SYLVIVS IN ORAT:

Filia, quæ non solum illo communī dolore muliebri in eiusmodi viri iniuriis angeretur, sed nefarium matris pellicatum ferre non posset, de quo ne queri quidem sine scelere se posse arbitraretur, cæteros sui tantum malitignaros esse cupiebat: in huius amantissimi sui fratri manibus & gremio, moerore & lachrymis consenseret. Ecce autem subitum diuortium, quod solatum malorum omnium fore videbatur. discedit a Melisno Cluentia, ut in tantis iniuriis, non invita: ut a viro, non libenter. Tum vero illa egregia ac præclara mater palam exultare lætitia, ac triumphare gaudio ceperit, victrix filiæ, non libidinis. Itaque diutius suspitionibus obscuris lædi famam suam noluit: lectum illum genialem, quem biennio ante, filiat sua nubentis struerat, in eadem domo sibi ornari, & sterni, expulsa atque exturbata filia iubet, nubit genero socrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis ominibus omnium. O mulieris scelus incredibile: & præter hanc vnam, in omni vita inauditum.

Illo communī dolori muliebri) Acerbo enim ferunt animo mulieres suos maritos alienarum amore capi. Virti iniuriis) Vxori enim maritus iniuriam facit, siquam ei amore prætulerit. Pellicatum) Pellicent appellatam Aulus Gellius libro quarto scribit, que iuncta consuetacij est, cuius in manu mancipioq; alia matrimonii causa esset. eaq; quasi πόλλα οὖτε id est πόλλα καὶ id est concubina esset, ut ait idem, appellata est. Antiqui eam proprie pellicem nominabant ut ait Sex. Pompeius, que vxorem habenti nubebat, cui generi mulierum etiam poena constituta est a Numa Pompilio illa lege, Pellex aram Iunonis ne tangito. si tangit Iunoni crinibus dimissis agnum foeminam credito. Inde pellicatus, qua voce in libro quoq; de Officiis secundo vsus Cicero est, Nec eū fecellit opinio, ab ea est enim ipse propter pellicatus suspicionem interfactus. Sine scelere) quia Saffia mater erat, nam patrem iniurias æquo animo fenderasputabat. Consenseret id est cōficeretur. & vti vulgo dicunt,

dolore moriebatur) Consenescere enim præter id quod est senē fieri, vim
amittere, & ad interitū tendere significat, vt libro Epistolarū Ciceronis Consene-
ad Atticum secundo, Quāto in odio nostro amicus Magnus, cuius co- scere,
gnomen vna cum Crassi Diuitis cognomine consenescit. Ecce autem
subitum diuortium) Authore Asconio Padiano, Ecce autem proprium Ecce autē.
Ciceronis est in rebus improuisis: quod cum cura Virg. legit & trāstulit.
vt, Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta (Horresco referens)
immenis orbibus angues Incumbūt pelago. Doratus hunc Virgilii lo-
cum exponens, Ecce, inquit, semper ponitur, vbi res horrenda & repēti-
na significatur. Diuortiū, vt ait Paulus Iuris. libro Pandectarū quinqua
gesimo, titulo de verborū & terū significationibus, dictum est, quod in di Diuortiū
uersas partes eunt qui discedunt. Diuortium de via deflexum esse No.
Marcellus dicit, a diuertēdo. Virg. lib. Aeneid. ix. Obiiciunt equites se ad
diuortia nota. Ideoq; diuortia, vt idē ait, non coniugii distractionē solum
significant, sed etiam omnīi inflexionī que a rectō detorquētur. Quod
solatium) Improbī enim oīiugū diuortium eius qui iniuria afficiatur so Solatium
latium est. Solatium a consolatione Valla separat libro quarto, q; illud re, & consola
hēc verbis fiat. quemadmodum solamus re, consolamur verbis. Cluen tio.
tia) Romanarum mulierum nomina ex nominib; iis que prima seque Mulierū
tentur p̄nominā sumi mos erat. vt, P. Cornelius Scipio, A. Licinius Romana-
Crassus, Cn. Papirius Carbo, C. Iulius Cesar, M. Tullius Cicero. Harum rum no-
familiarū fœminæ Cornelia, Licinia, Papiria, Iulia, Tullia appellabātur. mina.
Qui mos in coloniis quoq; & municipiis retentus est. Hēc igitur A. Clu-
entiī Habiti soror Cluentia appellata est. Tum vero illa egregia) Iro-
nia est, in qua particulā vero sepe ponit, alibi diximus. Triūphat gaudio) Triūphat
id est letatur maxime, vt in oratione pro L. Morena, Tum erupit e Sena gaudio.
tu triūphans gaudio, quem omnino viuum illinc exire nō oportuerat.
Triumpho & gaudeo idem dicit libro Epistolarum ad Atticum. ix. Atq;
ego quum ex ipsa re magnam capio voluptatē, tum meum factū proba-
ri abs te, triumpho & gaudeo. In eadē domo) In domo Melini. Nouā
enim nuptā ad mariti domū a propinquis duci mos erat. Nubit genero
socrus) Stomachū iudicis attēta auditione fatigatū, in narratione sentē-
tia breui interiecta reficere vtile esse, Quintilianus lib. iii. scribit, qualis il-
la pro Milone est. Fecerit serui Milonis, quod suos quisq; seruos in re ta-
li facere voluisse. Aliquādo paulo liberior sentēta sit: qualis est illa, Nu-
bit genero socrus, nullis auspiciis, nullis authorib; funestis omnib; o-
mniū. Nullis auspiciis) Authore Valerio Maximo lib. ii. titulo de insi-
titis antiquis, apud antiquos nō solū publicē, sed etiā priuatim nihil ges-
rebatur, nisi auspicio prius sumpto. Quo ex more nuptiis, inq; etiā nūc
auspices interponitūtur: qui quis auspicia petere desierint, ipso tamen no-
mine veteris consuetudinis vestigia usurpatūr. Inde coniūcio hic legen-
dum esse nullis auspiciis, quemadmodum apud Quintilianum scriptū

F. SYLVIVS IN ORAT.CIC.

Inuenio² Nullis authoribus). i.bonis suasoribus. Author enim in re bona, vt impulso in mala dicitur sepius. Funestis omnib² omnii) id est omnibus de his nuptijs male ominantibus. O mulieris scelus incredibile) Facta narratione,& adiecta breui sententia ad reficiēdos iudicū animos,breue facit egressionē, qua post narrationē vtēdū non est, nisi cause utilitas postulet: nam authore Quintiliano libro.4. nihil tam cōsequē, est, q̄ narrationi confirmatione,niſi egressio illa,vel quasi finis narrationis vel quasi initiu confirmationis est. Erit ergo illi nonnūq̄ locus, vt si expostio circa finem atrox fuerit,prosequamur eam velut spiritu erumpente protinus indignatione. Quod tamen ita fieri oportebit, si res, in quam egressio est, dubitationē nō habebit, alioqui prius est quod obijcas verū efficere q̄ magnū, quia criminū inuidia pro reo est priusq̄ probatur. diffidilla est enim grauissimi cuiuscq̄ sceleris fides. Idem fieri nō inutiliter potest,vti si beneficia in aduersariū aliqua exposueris, in ingratiū inuehas, aut si varietatē criminis narratione demonstraueris, quantum ab ea periculū intētetur ostēdas. Vtrū hæc breuiter omnia. Iudex enim ordine auditio festinat ad probationē, q̄ primū certus esse sentētiē cupit. Prēterea cauēdū est ne narratio ipsa vanescat auersis in aliud animis,& inani mora fatigatis. Idē paulo ante negat excursionē in narratiōē eē debere nisi breue,& talē, vt vi qdā videamur affecti,& velut recto itinere depulsi. Qualis est,ingt,Cicer,circa nuptias Sappiæ,O mulieris scelus incredibile, &c.

*Teffrenatā
Inonnej*

*Vicit pudor
rem libido
etc.*

O libidinēm tñfrenatam & īdomitam: o audaciā singularēm: tñ non tñmuisse, si minus vim deorū, hominūq̄ famam, at illam ipsam noctem, facesq̄ illas nuptiales: non limen cubiculī: non cubile filiæ: non parietes deñiq̄ ipsos superiorum testes nuptiarum: perfregit ac prostrauit omnia cupiditate ac furore: vicit pudorem libido, tñmorē audacia, rationē amentia. Tulit hoc cōmune dēdecus iam familiæ, cognitionis, nominis, grauiter filius: augebatur autē eius molestia, quotidianis querimoniis,& assiduo fletu sororis. Statuit tamen nihil sibi in tantis iniuriis, ac tanto scelere matris, grauius faciendum, q̄ vt illa matre ne vteretur: ne, quam videre sine summo animi dolore non poterat, ea si matre vteretur, nō solum videre, sed etiā probare suo iudicio putaretur.

O libidinē effrenatā) Ita in codicibus omnibus scriptū inueniō, & a Cicerone nō semel dicit effrenatā pro eo quod est nullis legibus, nulla vi ho-
nestatis cohibitū inuenire licet. Quintilianus vero infrenatā legit. Infre-
natos equites qui equis non frenatis vtantur T. Liuius appellat lib. xxi.
Quocunq; inquit, circūlū oculos, plena omnia video animo: ū ac robo-
ris, veteranum milite, generosissimati gentium equites frenatos & in-
frenatos. Tu vtrāuis lectionē delige. Non timuisse) Huiuscmodi queri
bundē orationes de alicuius rei nō facte indignitate, sine verbo modi fi-
nit esse solet, vt in primo Aeneid. Mene Iliacis occubere capis Nō potuissē! Item, Me ne incepto desistere victimam: Q uē dicēdi ratio familiaris ma-
xime Terentio est. Vim dicit, id est vindictam diuinā. At illā ipsam
noctem) Authore Plutarcho in Problematis mos Romanorū erat, vt
maritus cum noua sponsa non die sed nocte in tenebris primū coit, vt
legitimis ac iustis cōnubiis pudor qdā & verecūdia adhiberetur, quo ma-
tor contumelia illicite Veneri fieret. Facesq; illas nuptiales) In nuptiis
quinq; faces ex spina alba a quinq; pueris matrimis & patrimis ferri soli-
tas idem Plutarchus & Sex. Pompeius scripserūt. Non limen cubicu-
li) Noua sponsa a propinquis in mariti domū deducebatur, ea vbi proxim-
xime acclerat, rapiebatur, & trans limen transferebatur, ne id limē tan-
geret. Apud eundē Plutarchū in eodē libro multa ratio est. Seruius libro
cōmentariorū in Aeneid. ii. illā dicit rationē cur noua sponsa limen, non
attingat, quia vestibulū Vestē cōsecratū est, si limē, quod vestibuli pars est,
calcat, sacrilegiū cōmittere viderentur. Singula enim domus diis cōse-
crata sunt, vt culmina diis penatib⁹, maceris que ambit domū Ioui Her-
c eo. Nō cubile fili⁹ Illum morē suisse apud veteres, qui nūc quoq; sape
retinetur, cōiectare licet, vt noua nupta cubile tribuat. Nō parietes) Vox
res ab vngēdo dictē sunt, quasi vxores, vt scribūt grāmatici, quū em̄ pu-
elle nubebāt, maritorū postes vngēbat, vt ait Seuius oleo, vt ait Plinius
lib. xxviii. adipe suillo: vt eodē authore Massurius, adipe lupino: ne qd ma-
li medicamentū inferretur, huius enim modi medicamentū lupos prestat
credit⁹ est: ideo authore Plinio eodē lib. beneficiis rostrū lupi resistere in-
uetetur esse aut. ob idq; villarū portis p̄figūt. Inde mos emanauit nobis
lib⁹, vt luporū, aprorū, ceruorū, aliorūq; eiulde generis aalitū capita iantūs
fuis p̄figerent. In poltibus aliquid inesse religionis putauit antiquitas:
ideoq; in dedicatione templi poltem teneri oportebat, vt ait Cicero pro
domo sua. Posuit igitur Cicero totū pro parte, aut parietes vere itelligit,
in qbus nuptię superiores facte sunt. Vicit pudorē libido) A posopilis
species est, q dicit συρεξενγανον, in qua vñū ad verbū plures senteti⁹ re-
feruntur, quarū vnaqueq; desideraret illud, si sola ponere. Id accidit aut p̄-
posito verbo, ad quod reliqua respiciat. Vicit pudorē libido, timorē auda-
cia, rationē amentia: aut illato quo plura claudūtur, Nec enim is es Ca-
tilina, vt te aut pudor vñq; a turpitudine, aut met⁹ a periculo, aut ratio a

Effrenatus.

Infrenati
equites.Nuptiarū
tedae.
Limen nō
tangat no-
ua nupta,

Vxores vñ.

Luporum
rostra cur
villarū por-
tis affixa.
Postis relis-
gio,

F. SYLVII IN ORAT.CIC.

furore reuocauerit. Author Rhetoricos ad Herennium libro quarto hanc exornationem appellat adjunctionem. Grauius faciendum) id est prudenter. Illa matre ne vteretur, ne frequentaret, ne mane salutatum ieret, ne alia in matrem officia exhiberet.

*E ad me
est p. u.
cau. in 10
+ Cuiusmo-
dicumq.
Parentum
injuriae fe-
rende.*

Initium quod huic cum matre fuerit simulatis, audiuitis . pertinuisse hoc ad causam, tunc cum reliqua cognoveritis, intelligetis. Nam illud me non praeterit, cuiusmodicunque mater sit, tamen in iudicio filii de turpitudine parentis dici vix oportere. non essem ad ullam causam idoneus Iudices, si hoc, quod in communibus hominum sensibus, atque in ipsa natura possum atque infixum est: id ego, cum ad amici pericula depellenda adhiberer, non viderem. facile intelligo non modo reti cere homines parentum iniurias, sed etiam animo æquo ferre oportere. sed ego ea quæ ferri possunt, ferenda: quæ taceri, tacenda esse arbitror. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius: nullum periculum mortis adiit: nihil malum timuit, quod non totum a matre esset conflatum & perfectum. Quæ hoc tempore fileret omnia, atque ea si obliuione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur. sed ea vero sic agit, ut proorsus reti cere nullo modo possit.

Initium quod huic Admonet qd narrauerit, vt dociles magis faciat auditores. Simultatis) id est odij. Pertinuisse hoc ad causam) Quia breuis esse narratio debet, ideo cauedū est, nequid in ea superuacaneū sit, vt omnia ad causam pertineant. Hæc autem in narratio neq; ad iniuriam iudicij Iuniani, neq; ad crimina beneficij pertinere videtur. Neigitur iudices taciti requirant, quorsum hæc narratio sit, promittit fore vt intelligent iudices, quum reliqua audiuerint. Qua ratione eos quoque ad audiendi reliqua attentos facit. Cognoveritis) Cognoscere iudices per sepe dicit. Cuiusmodicunque id est cuiuscunque modi, per tmesim, id est quantumcumque impudica, impia, improba sit. In iudicio filij, id est in causa, id est quantumcumque scelerata matr sit, non oportet filium in causa suadere

Eius turpitudine dicere. Parētibus q̄ oīa, etiā nosm̄ ieiū pos debem⁹, confessia res est. Itaq; authore Platone in libro de Legibus. II. parentes negligere nec de⁹ nechō sanę mētis vnq̄ cuiq̄ cōfulet. Idē i Apologia, aequū esse negat, vt quod a parētib⁹ patiare, idē in eos referas. Neq; liceat, si te h̄i iurgio lacestant, eos cōtra iurgare: neq; si te verbe rēt, eos vicissim verberare: neq; alia eiusdē generis in eos tētare. Hoc naturae ius, quod liberis in parētes prescriptū sit, ignorare se Cicero negat. Id ab eo ne iudices requirāt, occupat: docetq; taceri iure non posse, q̄ in Sassiā dicat. Authore Quintiliano libro. II. ea q̄ sunt natura partii speciosa, quaerq; nō dicere, si vtrūlibet esset libertū, maluissim⁹, indecora ne sint dicētib⁹. Quid asperiorē habere frontē potest, aut qd aures hoīm magis respūt, q̄ quū est filio filii ve aduocatis in matrē perorandū? Aliquādo tamē necesse est, vt in causa Cluentij Habit⁹, sed non semper illa via, qua cōtra Sassiā Cicero vsus est: nō quia nō ille optime, sed quia plurimū refert qua ūre, & quomodo lēdat. Itaq; illa quū filij caput palā impugnaret, fortiter fuit repellēda. Duo tñ, q̄ sola superāt, diuine Cicero seruauit. Prīmū, ne obliuiscetur reuerētiæ, q̄ parētibus debetur: Deinde vt repetitis altius causis diligētissi me ostēderet, q̄ id quod erat in matrē dīcturus, nō oportet modo fieri, sed etiā necesse esset. Primaq; hæc expositio fuit, q̄q; ad prēsentē quæstionē nihil pertinebat: adeo in causa difficulti atq; perplexa nihil prius intuēdū credidit, q̄ quid diceret. Fecit itaq; nomē parentis nō filio inuidiosum, sed ip̄i in quā dicebatur. Potest tñ aliquādo mater & in re leuiore, aut min⁹ infesta cōtra filiū stare. Tū lenior atq; summissior decebit oratio. Nā & satissaciēdo aut nostrā h̄inuēmus inuidiā, aut etiā in diuersum eā trāferem⁹: & si grauiter dolere filiū palā erit, credeſ abesse ab eo culpā, sicutq; vltro miserabilis. O portēre) Oportet & licet distinguuntur: velut species & genus. Nā quicquid oportet, licet: nō contra, quicquid licet, oportet. Id significat Cicero in oratione p L. Cornelio Balbo. Est, inquit, aliquid, quod non oportet, etiā si licet: q̄cūd vero nō licet, certe nō oportet. Huc ptinet il lud p Milone, Satis iudicatiū est a Pōpeio, falso ista cōferri in Milone, qui legē tulit, qua, vt ego sentio, Milonē absolui oportet, vt oēs confitētur, liceret. Item illud ex actione, in Verrem, Nam illud genus tertii deductionis erat eiusmodi, quasi nō modo liceret, sed etiā oportet: nec solū oportet, sed plane necesse esset. Vix igīt oportere, id est nō licere & vix oportere. In cōmunitib⁹ hominū sensib⁹) Cō Sensus cōmunes hoīm sensus sunt p quos cōmuniter hōles p seip̄i sentiunt. munis.

vt odiū ei⁹ q̄ nocuit, anior eius qui pfuit, ex cōmuni hoīm sensu na scunt. Cicero p domo sua cōmune sensū naturae appellat. p is sensus a natura datus oīb⁹ sit. Accepi, inqt, Pōtifices magnū, atq; incredibi lē dolorē, nō nego, neq; illā mihi ascisco sapientiā, quā nōnulli in me

F. SYLVIVS IN ORAT. CICER.

requirebāt, qui me animo nimis fracto esse atq; afflito loquebātur.
An ego poterā (quū tot rerū tanta varietate diuelleret, quas iccirco
ptereo, q; ne nūc quidē sine fletu cōmemorare possim) inficiari me

Videre ad alios sēsus minū. Nihil i vita vidit). i. nihil sensit. Videre eī abusue ad alios
sensus refert. Terēti⁹ in Hecyra, Audisse vocē pueri visus est vagien
tis. Idē in Eunicho, Audire vocē visa sum modo militis. Authore
Donato oēs sensus visa dicunt, ab eo q; est certissim⁹ oculorū sensus.

Testes qñ interrogantur. Hoc enīm ipsum iudicū, hoc periculū, illa accusatio,
omnis testiū copia, quæ futura est, a matre initio est ad
ornata: a matre hoc tēpore instruit: atq; omnibus eius

opib⁹ & copiis cōparatur. ipsa deniq; nuper huīus op
primendi causa Romā aduolauit. præsto est mulier au
dax, pecuniosa, crudelis: instruit accusatores: instruit te
stes: squalore huīus & sordibus lætatur: exitiū exoptat:
sanguinē suū profundere omnē cupit, dūmodo profu
sum huīus ante videat. Hæc nīsi omnia perspexerit in
causa, temere a nobis illā appellari putatote: sin autem
erūt & aperta & nefaria, Cluentio ignoscere debetis, q;
hēc a me dīci patiatur: mihi ignoscere nō deberetis, si ta
cerē. Nūc iā summatiū exponā, quibus criminibus Op
pianicus dānatus sit: vt & cōstatiā A. Cluētii, & rationē
accusatiōis perspicere possitis. Ac primū causa accusan
di quæ fuerit ostendā, vt id ipsum A. Cluentiū vī & ne
cessitate coactū fecisse videatis. Cum manifesto venenū
deprehendisset, quod vir matris Oppianicus ei parauis
set: & res non conjectura, sed oculis ac manib⁹ tenere
tur, neq; in causa vlla dubitatio posset esse, accusauit Op
pianicū: q; constanter, & q; diligenter, postea dicam:
nunc hoc scire vos volui, nullam huīc aliam accusandi
causam fuisse, nīsi vei propositū vitē periculum, & quo
tidianas capitīs insidias hac vna ratione vitaret.

F. m. vni
abuſu rea

'Quae futura est) Post peractā causam testes interrogabātur, nisi latā
lege cōtra fieret, vt i causa Milonis, lata lege a Cn. Pōpeio, ante actio-
nē cause interrogati sunt. Adornata) inuēta cōparata & istructa, vt
in fine hui oīonis. Toti⁹ deniq⁹ hui⁹ ab illa est & inuēta & adornata
cōparatio criminis. Romā aduolauit) Hoc postea dicet ampli⁹. Ad- Aduolare
uolauit) Hoc verbo nocēdi cupiditatē exp̄ssit. Pecuniosa.) Hoc noz-
men hoc loco inuidiosum, tanq⁹ accusatores & testes facile corrūpat.

Instituit testes) in duob⁹ codicib⁹ manuscriptis iſtruit nō instituit
scriptū est. q̄ lectio repudiāda nō est, quod ante dixerit copiā testimoniū
a matre iſtrui. Quę lectio si placet, legendū eadē ratione est, iſtruit
accusatores. Iſtruit igit⁹. i. docet & exercet quid dicturi sint. Volūta-
rios testes multū domi ante versando, ac varijs p̄cōtationib⁹ (qua-
les haberi ab aduersario possunt jexplorādos esse. Quintil. lib. v. ſcri-
bit. Squalore hui⁹ & fōrdib⁹) Reos in foro squalidos & fōrdidos esse
folitos ignotū nō est. Id ad mouendā iudicū mifericordiā fieri. ideoq⁹
propinquorū quoq⁹ ſimilē habitū p̄fuisse Quintil. lib. v. ſcribit. San-
guinem ſuū p̄fundere omnē cupit) Magna odii significatio est, quā
qui odit, quod grauiflum est pati velit, modo idē ante paſſus ſit ini-
micus. Haec niſi oīa perſpexeritis) Q̄uis nīmā cauſe noſtrāe fiduciā
oſtētare iudicib⁹ nō debeamus, noſtrarū tamē probationū perſpicuā
claritatē iudicib⁹ promittere debemus. hac eīi ratione animos eorū
nobis conciliamus, eosq⁹ attētiores facimus. Ideo Cicero pro Milone
probaturus iſfidias a Clodio Miloni factas, T. inquit, Annii Tribu-
natū, rebus oībus pro ſalute Reip. gestis ad huius criminis defenſio-
nē nō abutemur, niſi oculis videritis iſfidias Miloni a Clodio factas
&c. Itēq⁹. Sed si illi⁹ iſfidie clariores hac luce fuerint, tū deniq⁹ obſe-
crabo obteſtaborq⁹ vos iudices, ſi cetera amifimus, hoc ſaltē nobis, vt
reliquā, ab inimicorū audacia telisq⁹ vitā vt ipune liceat defēdere.

Teinere). i. imprudēter, & tanq⁹ ad agendā cauſam idoneus nō ſim.

Appellari). i. noſari tā turpiter in cauſa filii. Nūc iam ſummatim) Qd iſſingulis fere q̄ſtionib⁹ Cicero admonere ſolitus ſit, quid ſit di-
cturus, admonuiſmus. id in hac oīone ſepe licet animaduertere. ſuā Summati-
matim exponā). i. breuiter narrabo. Cōſtantia) i. in accuſando pſe-
uerantia, que nō fuiflet, ſi iudices corruſiſlet. cauſe eīi diffidēs ad tē
tandū iudicū cōfigiſlet. Vi & neceſſitate coactū) Clientii animū ab
Oppianici, qui eius vitricus erat, accuſatione remouet. Id etiā dicit,
vt neq⁹ accuſatorio anio, neq⁹ oſtētatione, neq⁹ gloria adductū Clue-
tiū ad Oppianici accuſationē oſtēdat. Quā manifesto venenū depre-
hēdiſſet) Qua ratione manifesto deprehēſum ſit, poſtea dicet. Manifeſto
ſto viſitatiuſ q̄ manifeſte a Cicerone dicitur. Authore Prisciano lib.
decimonoquā multa ex adiectiuis nominiſb⁹ ipſa terminatiōne datā
ui p̄ aduerbiis accipiūſ, vt falſo, cōſulto, poſtremo, ſedulo, auſpicato,

FSYLVIVS IN ORAT. CICER.

angurato, manifesto, priuato, precario, merito; priuatim tamē nō priuato dicēdū putē. Sed manifesto p L. flacco Cicero dicit, si emēdatus locus est, Apameę manifeſte cōprehensum. Vir). i. marit⁹. Oculis ac manib⁹ teneretur). i. clarissima & certissima esſet. Quā diligenter) Nā diligentissime atq; laboriosissime accusabāt qui se ipsos in discrimē existimationis venire arbitrati sunt. Hoc autē Cicero dicit, ne accusandi negligētia Cluētiū ad tērandū iudicū excitasſe credita fuisset. Propositū vitę periculū, quod Cluētiī vitę Oppianicus pposuerat.

Atque vt intelligatis his accusatum esse criminibus Oppianicum, vt neq; accusator timere, necq; reus sperare debuerit, pauca vobis illius iudicii criminā exponam. quibus cognitis, nemo vestrum mirabitur illum diffidentem rebus suis, ad Stalenum. atq; ad pecuniam consugisse. Larinas quædam fuit Dinea, socrus Oppianici, quæ filios habuit M. & Numerium Aurios, & Cn. Magium, & filiam Magiam, nuptam Oppianico. M. Aurius adolescentulus bello Italico captus apud Asculum, in Q. Sergii Senatoris eius, qui inter sicarios damnatus est, manus incidit, & apud eum fuit in ergastulo. Numerius autem Aurius frater mortuus est, hæredemq; Cn. Magium fratrem suum reliquit. postea Magia vxor Oppianici mortua est. postremo unus qui reliquus erat Dineæ filius, Cn. Magius est mortuus. is fecit hæredem illum adolescentem Oppianicum sororis suæ filium, eumq; partiri cum Dinea matre iussit. interim venit index ad Dineam neque obscurus, necq; incertus, qui nunciaret ei filium eius M. Aurium vivere, & in agro Gallico esse in seruitute. Mulier amissis liberis, cum unus filii recuperandi spes esſet ostentata, omnes suos propinquos, filiūq; sui necessarios conuocauit, & ab his flens petiuit, vt negocium susciperent, adolescentem inuestigarent, sibi restituerent eum filium, quem tantum-

vnum ex multis fortuna reliquum esse voluisse. Hæc
cū agere instituisset, oppressa morbo est. itaq; testamen-
tum fecit eiusmodi, vt illi filio. XL. milia legaret, hære-
dem institueret eūdem illum Oppianicū nepotem suū:
atq; his diebus paucis est mortua. propinquā tamen illi,
quemadmodum viua Dinea instituerat, ita mortua illa,
ad inuestigandum Aurium cum eodem illo índice in ar-
grum Gallicum profecti sunt. Interim Oppianicus, vt
erat, sicuti multis ex rebus reperietis, singulari scelere &
audacia, per quendam Gallicanum familiarem suū, pri-
mum, illum índicem pecunia corrupit: deinde ipsum Au-
rium nō magna iactura facta tollendum interficiendūq;
curauit. Illi autem qui erant ad propinquum inuestigan-
dum & recuperandum profecti, literas Larinum ad Au-
rios illius adolescentis ppinquos, suosq; necessarios mit-
tunt: sibi difficilem esse inuestigandi rationem, q; intelli-
gerent índicem ab Oppianico esse corruptum.

Pauca crimina) Hoc dicit, vt plura restare intelligent iudices. Il-
lius iudicij, quo damnatus Oppianicus est. Bello Italico) de eo scri-
bimus pro M. Fonteio. Hæredem reliquit) Relinquere hæredem & Relinq-
uere scribere tarius, facere hæredem s̄epissime Cicero dicit. Sororis suae re scribere:
filium) Nepotem ex fratre aut ex sorore a furi peritis imperite dici facere hæ-
alias admonuimus. Nam fratrius aut sororis filius dici solet a doctis. redem.
Nepos autem respectu aui, vt filius respectu patris dicitur. Eumq; Nepos ex:
partiri cum Dinea) Hoc ideo dici arbitror, quia mulieres iure ciuili fratre vel.
Romanorū hæredes nō siebant: & lege Voconia cautum erat, ne quis sorore nō
homo census id est pecuniros vnicam habens filiam, eā faceret hæ- dicitur.
redem. Quum igitur matrem Dineam hæredem facere Cn. Magio Mulieres
nō liceret, id ei legauit, vt cum sororis filio Oppianico, quē faciebat non erant
hæredem, partiretur. Venit index ad Dineam) Index est qui vel p̄e: hæredes.
mii vel impunitatis spe, aut humanitate illectus, de se volens aliqd. Index qui
aut de aliis prodit. Negobscurus neq; incertus) id est qui vera indi sit.
care videretur: & vt vulgo dicunt, daret certa signa de M. Aurio. In Gallia trāc:
ago Gallico) nobis transalpino. Transalpina Gallia Alpibus & Ru alpina..
bicōne fluui terminabatur. Ammissis) id est mortuis. Amittere pro Amittere.

E. SYLVIVS IN ORAT.CIC.

Amittere eo quod est morte perdere persepe dicit. Necessarios id est amicos. Nepotem suum id est filiae sue Magie filium. His diebus paucis id est paucis diebus postq; testamentum fecit. Gallicanus Priscianus libro secundo de possessiis nominibus scribens, a locis quoq; ea fieri dicit, ut rusticus, urbanus, oppidanus, Capitolinus, palatinus, esquilinus, gallicanus, vicinus, externus. Gallicanos autem appellari putem Gallos eos qui sint extra Galliam, quos itidem Gallos appellari non negem. Suetonius in vita Neronis, Quicquid in urbe minimum Gallicanorum esset, contrucidare. Non magna iactura facta id est data parua pecunia. Inuestigandi, i. inueniendi & recuperandi: quod præcedit pro eo quod sequitur.

Experiens. Quas literas A. Aurivs vir fortis & experiens, & domini nobilis, M. illius Aurii propinquus, in foro palâ, multis audiéibus, cù adesset Oppianicus, recitat: & clarissima voce se nomine Oppianici, si imperfectu M. Auriū competerisset, delaturū esse testatur. Interim breui tempore illi, qui erant in agru Gallicu profecti, Larinū reuertuntur, imperfectu esse M. Auriū renūciant: animi nō solum propinquorū, sed etiā omniū Larinatū odio Oppianici, & ilius adolescentis misericordia cōmouētur. Itaq; cum A. Aurivs, qui antea denunciarat, clamore hominem ac misis insequī coepisset, Larino profugit, & se in castra clarissimi viri Q. Metelli contulit. Post illā fugam & sceleris & conscientiae testem, nunq; se iudiciis, nunq; legibus, nunq; inermē inimicis cōmittere ausus est: sed per illam L. Syllæ vim, atq; victoriā Larinū in summo timore omnium cū armatis aduolauit: quatuor viros, quos municipes fecerant, sustulit: se a Sylla, & alios præterea tres factos esse dixit, & ab eodem sibi esse imperatū, ut Auriū illum, qui sibi delationem nominis, & capitis periculum ostentarat, & alterum Auriū, & eius C. filiu, & Sex. Viriu, quo sequestrī in illo indice corrumpendo dicebatur esse vius, proscribendos, interficiendosq; curaret.

Experiēs q̄ exptus vulgo dicit̄. vt in act. in Vertē. Tu P. Cacurij. Experiēs.
 prōptissimi hoīs & experiētis, & in primis gratiōsi supellectile omne
 auferre nō dubitasti. Et actione. s. Nympho est Ceturpinus hō nat⁹.
 & industrius, experiētissim⁹ ac diligētissim⁹ arator. Clarissima vo- Claravox,
 ce. i. vt vulgo loquūtur, altissima. Inde clare dicere. i. alte loq: vt sup- suppresa,
 presa voce & leniter. i. submisso. vt in oratione p P. Sylla. Qui quim. & lenis,
 suppressa voce de scelere. P. Lētuli, de audacia cōjuratorū oīm dixiſ-
 set, tātūmodo, vt vos q̄ ea pbatis, exaudire possetis, de supplicio P:
 Lētuli, de carcere magna & q̄ribūda voce dicebat. In quo primū illā
 erat absurdū, qđ quū ea q̄ leniter dixerat, vobis probare volebat: eos
 aut̄ q̄ circū iudiciū stabāt, audire nolebat: nō intelligebat ea q̄ clare
 diceret, ita illos audituros, quib⁹ seyēdītabat, vt vos quoq̄ audiretis,
 q̄ id nō pbabatis. Itē libro de Offic. i. Quī orationis indicem vocē ha-
 beam⁹, in voce duo sequamur, vt clara sit, vt suauis. vtrūq̄ omnino a
 natura petēdū est: verū alteḡ exercitatio augebit, alterū imitatio p̄f-
 se loquētū & lēter. Denūciar. i. indixerat, significauerat & mina- Denūciā:
 t̄ fuerat se Oppianici nomē delaturū. Denūciare em̄ est indicere, p̄nū re.
 ciare, &, vt ita dicā, p̄significare: idq̄ in mala re dicit̄, ideoq̄ minari si-
 gnificat. vt denūciare iimicitias, piculū, bellū. Cicero p L. Flacco. Nō
 sum arbitrat⁹ quēq̄ amicū Reip. posteaq̄ L. Flacci amor i patriā p̄spe-
 ctus eset, nouas huic iimicitias nulla accepta iniuria denūciaturū.
 Idē libro Epistolarū ad Atticū secūdo, Clodi⁹ mihi a dhuc denūciat
 piculū. Idē lib. de Officijs. i. Ex quo itēlig i potest nullū bellū esse iu-
 stū, nīsi qđ aut reb⁹ repetitis gerā, aut denūciatū āte sit & idictū. Q.
 Metelli) T. Liuius authore Q. Metell⁹ Pius partes optimatiū secūrca-
 stra i Africā habuit, nō multo āte L. Syllē victoriā. Nīq̄ se iudicijs)
 Hac ratiōe pbat Oppianicū cādis M. Aurij fuisse cōsciū. vt cōtra pro-
 Milone Milonē posterō die q̄ iſſidiatorē Clodiū necauerat nullo ines-
 tu pterritū, nulla cōsciētia exaniinatū Romā reuertisse, seq̄ populo-
 Ro. senatui publicis p̄fidijs, Cn. Pōpeio Cōſuli tradidisse dicit. Ma-
 gna, ingt, vis est cōsciētē & magna i vtrāq̄ partē, vt neq̄ timeāt, q̄
 nihil cōmiserit: & poenā semp āte oculos verlati putēt, q̄ peccauerit.
 Inermē) In Larinū hoc loco i codice manu scripto qđ legā, nō pla-
 cet: iermē placet. Inermē aut̄ dicim⁹ q̄ etiā sine telo est: telū aut̄ i con- Telū ferre:
 cione, i forū, i curiā ferri nō licebat. Itaq̄ authore Cicerōe quū Sena- in cōcionē:
 t⁹ i Capitolio habere frequētissim⁹, inuēt⁹ est Senator, q̄ Milonē cū in forū in-
 telo eset diceret, excusso Milone telū nullū inuentū est. Inermē p reo curiam..

dicere vide, vt p M. Fōteio. Dicūt q̄ ex bello, cēde, fuga: nūc primū au-
 dēt cōtra M. Fōteiū iermē cōſistere. Inimicis), i. accusatorib⁹. greo ad
 uersarij sūt & iimici. Per illā L. Syllē vi) Quī pulcherrimā victoriā
 pniciosissia Reip. peste L. Sylla cōmutauit, quī tā multis honorū cī-
 ulū pscriptiōes fecit. Quatuoruiros) dicit, vt duūuiros, triūuiros q̄.

F. SYLVIUS IN ORAT. CIC.

que uiros &c dicim⁹. Fecerāt), i.creauerāt, vt facere, Cōsules aliosq; magistrat⁹ solet dicere Cicero. Sustulit), i.necauit, a tollēdo. Eiusq; C.filiū), i.Auriū filiū C.Auri⁹. Id em⁹ facere solet Cicero, vt quī filius eodē noīe & prae nomine, quo pater appellat, hūc prae nomine, illū no mine appelleat: quēadmodū si dicas, Marc⁹ Ciceronis fili⁹. Id vulg⁹ di ceret, M.Cicero M.Ciceronis filius. Quo sequestre) Sequestres, vt ait Aicon⁹, sunt apud quos deponit pecunia, quū em⁹ testes, iudices, ali⁹ ve quī corrūptur, ijs nō prius datur pecunia, qd promiserūt executi sunt: ideoq; apud seq̄stres, vt & vulgo dicunt, in manu tertia, pecunia deponit. Seq̄stri aut nō sequestre ex p̄cepto Prisciani lib.7. legen dū esset. Quo seq̄stre in illo indice corrūpēdo) Authore Cicerone in primo de Officiis libro, iniuriae a metu, aliquādo proficisciatur: quum is q; facit, timet ne nīl id fecerit, aliquo officiat incōmodo, vt si quis seruū sui sceleris cōscīū iterfecerit, metuēs ne ab eo īdicaret. Hmōl hoīem perīde puniēdū ac si occidisset ciuē, Plato c̄set lib.de Legib⁹ nōto. Sex. igit Viriū occidit Oppianic⁹, metuēs ab eo ne īdicaretur.

Afforce
nōca ueni

Itaq; illis crudelissime interfectis, nō mediocri ab eo ceteri proscriptiōnis & mortis metu terrebātur. H̄is reb⁹ in causa iudicioq; patefactis, quis est qui illū absolui potuisse arbitraretur? Atq; hæc parua sunt: cognoscite reliqua, vt nō aliquādo cōdemnatū esse Oppianicū, sed aliquādiu īcolumē fuisse mīremini. Primo videte hominis audaciā. Sassiā in matrimoniu ducere Habitū matrem: illā, cuius virū A.Auriū occiderat, cōcupiuit. vtrū īpudētor hīc, qui postulet: an crudelior illa, si nubat, diffici le dictu est, sed tamē vtriusq; humanitatē cōstatiāq; cognoscite. petīt Oppianicus, vt sibi Sassiā nubat, & id magnopere cōrēdit: illa aut nō admiratur audaciā, nō īpudētiā aspernatur, nō deniq; illā Oppianicī dexterā, viri sui sanguine redūdatē reformidat: sed q; haberet tres ille filios, idcirco se ab his nuptiis abhorrere respondit. Oppianicus, q; pecuniā Sassiā concupiūsset, domo sibi querēdū remedū existimauit ad eam moram, quæ nuptiis afferebatur. Nam cum haberet ex Nouia infan-

tem filium: alter autem eius filius Pappia natus, Theanum Apulum, quod abest a Latino decem & octo milia passuum, apud matrem educaretur: accersit subito sine causa puerum Theano: quod facere nisi ludis publicis, aut festis diebus antea non solebat. Mater nihil malum misera suspicans mittit. Ille se Tarentum proficisci cum simus lasset, eo ipso die puer, cum hora undecima in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, & postridie, ante luceret, combustus est.

In causa) Oppianici Haec parua sunt, cognoscite reliqua) Dociles & attentos auditores facit. Aliquadiu incolorem). i. citius in iudicium non vocatum. In matrimonium ducere) Foemina sola nubere dicitur, vir autem ducere in matrimonium, ducere in vxorem: habere vxore, & habere in matrimonio. Terentius in Adelphis, Patrem ita obsecratur, ut liceat sibi hanc in vxorem ducere. Idem in eadem Comœdia, Quod fortunatum isti putant, vxorem nunquam habui. Cicero pro P. Quintio, P. Quinti consobrinam habet in matrimonio Neuius, & ex ea liberos. Idem pro A. Cecinna, Is habuit in matrimonio Cesenniam, eodem in municipio, summo loco natam, & probatissimam foeminam. Hoc autem postrem dicendi genus Ciceroni magis familiare est. Cuius virum A. Auriū occiderat) Is non est A. Aurius vir fortis & experiens, & dormi nobilis, quem proscripti interficiendus Oppianicus curauit. A. enim Aurius Melinus Sassiae maritus adolescens erat, ut ante dixit. eius autem cædem in transcurso nominat, ut putent iudices multa Oppianici crimina ab eo prætermitti. Virum pro marito sepe hic Cicero dicit, sepius apud Terentium inuenire licet. Humanitate ironia est. Magnopere cotedit id est in statere & virginiter petit. nam cotidere magis est quam petere. Haberet tres ille filios, unum ex Magia nomine Oppianicu, cuius in hac oratione Cicero sepe meminit: alterum ex Papia: tertium ex Nouia natum. Ab his nuptijs abitur, i. nolle huic nubere. Domo, i. ex domo, ex familia, ex filiis: cedet. Nam quis haberet ex Nouia &c.) Hæcoratio perfecta non est. id a Cicerone aliquando fieri, ut ex tempore videatur oratio, alibi docuimus. Papia natu) Hæc Papia Milonis propinquia erat: nam Milonem ex Papia familia traxisse, & adoptatam a T. Annio suo materno, Asconius scribit. Natus Papia) Discitur etiam natus ex Papia. Terentius in Adelphis, Ex me hic natus non est, sed ex fratre. Theanum Apulum) Theanum Italiam oppidum est duplex. est enim Theanum Sidicinum cognomine Nola in Appia via positi. & Theanum Apulum, ut Plinius libro tertio, & Strabo libris, v. & vi. scribunt. Apu. upm.

Ducere in matrimonium & vxorem.
Habere in matrimonio & vxorem.

Vir.

Natus Papia & ex Papia.

Theanum Apu. upm.

F. SYLVIUS IN ORAT.

Decē & octo milia) Nomina mensurā significantia in accusatio poti;
Milia, milia usq; in ablativo ponēda scribimus in Progymnasmatis. Milia autem nō
te & milia: miliaria i numero plurali dicere solet Cicero, quēadmodū in numero sin-
gulari miliare aut miliariū, vt de claris oratorib. Videm⁹ itē paucis annis
post exactos reges, quū plebs prope ripā Anienis, ad tertium milierū conse-
dit. Libro Epist. ad Atticū. viii. Siquidē etiam vos duos tales ad quin-
tum miliariū. Et lib. vj. Accepi tuas literas ad quintū miliare Lodiceę.

Atq; hunc tantum moerorem matrī prius hominū ru-
mor, q; quisq; ex Oppianicī familiā nunciauit. Illa cum
vno tempore audisset sibi non solum filium, sed etiā exe-
quiarum munus ereptum, Larinum confessim exanimata
venit, & ibi de integro fumus iam sepulto filio fecit. Di-
es nondū decem intercesserāt, cum ille alter filius infans
necatur. Itaq; nubit Oppianico continuo Saffia lactanti
iam animo, & spe optima confirmata. nec mirum, quē se
nō nuptialibus donis, sed filiorū funeribus delinitam vī-
deret. Itaq; quod cæteri propter liberos pecunię cupidio-
res solent esse, ille propter pecuniām liberos amittere
iucundum esse duxit. Sentio iudices vos pro vestra hu-
manitate his tantis sceleribus breuiter a me demonstra-
tis, vehementer esse cōmotos. quo tandem īgitur animo
fuisse illos arbitrabimini, quibus his de rebus nō modo
audiendū fuit, verū etiam iudicandū? Vos auditis de eo,
in quē iudices non estis: de eo quē non videtis: de eo, quē
odisse iana non potestis: de eo, qui & naturae & legibus
satissfecit: quem leges exilio, natura morte multauit: audi-
tis nō ab inimico, auditis sine testibus: auditis cū ea, quē
copiosissime dīci possunt, breuiter a me strīctūmq; dicun-
tur. Illi audiebant de eo, de quo iuratī sententias ferre
decebant: de eo, cuius præsentis nefarium & conscele-
ratum vultum intuebantur: de eo, quem oderat propter
audaciam: de eo, quem omni supplicio dignū esse duce-

Nature
satissfecit.

bant: audiebat ab accusatoribus, audiebant verba multorum testimoniis, audiebant cum unaquaque de re a P. Cannutio homine eloquentissimo grauiter & diu diceretur. & est quisque, qui cum haec cognoverit, suspicari possit Oppianicum iudicio oppressum & circumuentum esse innocentem? Aceruatim iam reliqua Iudices dicunt, ut ad ea quae propria huius causae, & adiunctiora sunt, perueniam.

Hora vndeclima) id est hora ante sole occidente. De horarum observatione alibi scribimus. Postridie), i.ea ipsa nocte, sed post mediā noctē. nam a media nocte initium diei a Romanis solitū sumi, ex A. Gellio satis cognitū est. A tempore, veneni suspicionē auget. Antequam lucet, mortuos corpora noctu efferri solebat, ideoq; teneat accēsē p̄ se rebatur. Cōbusstus est de ratione cōburendi cadavera Plinius cap. 54. libri. 7. scribit. Ex Oppianici familia) Hoc valet ad veneni dati probationē. Exequiarū munus) qd̄ propinqui solent obire, vt authore Servio in librū Aen. quartum, latae cadavera dabatur proximis. Vnde mater Euryali, Nec vulnera laui Veste tegens. Iam sepulto) id est cremato & condito. Sepelire enim, vt ait Plinius cap. 54. lib. 7. est quoquo modo condcre, humare vero humo tegere. Sepelire & Deintegro) id est renuādo, & vt vulgodicū, reincipiendo. Ille alter) humare. Nouia natus. Nuptialibus donis) quibus mariti sponsas donare solet. Deintegro. Iucundū) alij codices habet iucundius, quae lectio mihi videtur melior: vt iucundius referatur ad cupidiores. Sentio iudices) Quia iudices cōsmoueri videt audiendis Oppianici criminibus quae exponat, multo magis cōmoueri debuisse tum iudices, qui a Cannutio Oppianicus accusabatur, ostēdit. Quod si ita est, nihil mirū est Oppianicū diffidētē cause sugiudicū pecunia tentasse. Pro vestra humanitate) Aliquādo spargendae sunt laudes iudicū, vt magis siant benevoli, idq; breviter faciēdū, ne quis suscipio assentitionis subrepat. In quē iudices nō estis &c.) Hęc eo pertinet, vt ostendat Cicero hos iudices minus cōmoueri debere, q; olim cōmoti sunt ii qui Oppianici causam cognoscebāt. In quem iudices nō estis) Iudex in reum dicit, nō in accusatore, vt paulo post, A quibus, si qui iudex in quererēt, sedissent ne iudices in C. Fabritiū sedisse se dicerēt. Que odisse reum. se lá nō potestis) q; a mortu⁹ est. Mortuos odiſſe nō debem⁹. ijsne maledicamus, Chilo Lacedemoni⁹ authore Laertio suadet. Illiberale esse & cogitationis auarac muliebris & vilis cadaver spoliare, hostēq; putare mortui corpus, Plato scribit in lib. de Rep., quū ipse aduersarius abierit, cū quo pugnabat relicto. Ab accusatorib⁹) Cluētio & Cānutio. Aceruatim) i.brūtiter & in summa. Adiunctiora) i.magis adiuncta & cohētia.

Iudex in reum dicit, nō in accusatore, vt paulo post, A quibus, si qui iudex in quererēt, sedissent ne iudices in C. Fabritiū sedisse se dicerēt. Que odisse reum. se lá nō potestis) q; a mortu⁹ est. Mortuos odiſſe nō debem⁹. ijsne maledicamus, Chilo Lacedemoni⁹ authore Laertio suadet. Illiberale esse & cogitationis auarac muliebris & vilis cadaver spoliare, hostēq; putare mortui corpus, Plato scribit in lib. de Rep., quū ipse aduersarius abierit, cū quo pugnabat relicto. Ab accusatorib⁹) Cluētio & Cānutio. Aceruatim) i.brūtiter & in summa. Adiunctiora) i.magis adiuncta & cohētia.

F.S Y L V I S IN ORAT:

nister fuisset , huic inimicissimū fuisse, atq; esse dicebat. Sin autē illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti venturum emolumentum fuisse concedebat: sed ad vxorem Oppianici , hominis in vxoribus necandis exercitati, omnia bona Habiti ventura esse dicebat . Cū illa defensione vsus essem , quæ in libertinorum causis honestissima semper existimata est, Scamandrum patro no esse probatum fatebatur, sed querebat cui probatus esset ipse patronus. Cum ego pluribus verbis in eo com moratus essem, Scamandro factas insidias esse per Diogenem, constitutūq; inter eos de alia re fuisse , vt medicamentum non venenum Diogenes afferret, hoc cuiusvis usui venire posse: quærebat cur in eiusmodi locum tam abditum, cur solus, cur cum obsignata pecunia venisset. Denique hoc loco causa testibus honestissimis hominibus premebatur. M. Bebrius suo consilio Diogenem emptum, se præsente Scamandrum cum veneno pecuniaq; deprehensum esse dicebat, P. Quintius Varus, homo summa religione & summa auctoritate prædictus, de insidiis quæ fierent Habito, & de sollicitatione Diogenis recenti re secum Clephantum locutum esse dicebat. atq; in illo iudicio cum Scamandrum nos defendere videtur, verbo ille reus erat: re quidē vera, & periculo, & tota accusacione, Oppianicus. Neque id obscure ferebat, nec dissimulare vlo modo poterat, aderat frequens, aduocabat, omni studio gratiaq; pugnabat.

Apprehenderā) quo in defensione vterer. An inimicitię Ad probandas insidias vel cedē, inimicitię rei cū ea cui factę insidię, vel q; occiſus dicat, valēt plurimū, vt cōtrapatrō profuerit plurimū nullas intercessisse inimicitias ostēdere. vt Roscij accusatores eū patri inimicū dixerūt, q; a patre rūs ablegatus esset, Cicero Clodiū Miloni, nō cōtra, Milonē Clodio

fecisse insidias probat, q Milonis odia in Clodiū maxima, nullū Clodii in Milone fuerit, prēter hoc ciuile odiū, quo omnes improbos odim. In iis causis, quātū status cōiecturalis est, idonea causa rei faciēdē vel nō faciēdē multū habet momēti. Huic inimicissimū) Hac ratione p̄babat Oppianicū venenī authore fuisse. Venturū emolumētū de emolumēto idē sentiendū est, atq id qđ de inimicitis dixim⁹. L. Cassius is quē po. Ro. verissimū & sapientissimū iudicē putabat, identidē in causis quārē solebat. Cui bono fuisset. Sic vita hoīm est, vt ad maleficiū nemo conēt sine spe atq emolumēto, vt aīt Cīc pro Sex. Roscio. Nā, vt aīt idē pro Milone, & si boni nullo emolumēto impellātur in fraudē, improbi sepe partuo. Hac ratione Rosciū patrē ab accusatorib⁹, nō a Roscio occisum: insidias nō a Milone Clodio, sed a Cloadio Miloni factas ostēdit. Hoīs in vxorib⁹ necādis exercitati) Habitū inter, statī bona ad matrē, matri, q Oppianici vxor erat, ad virū vētura erāt. Nā ea quoq causa fuit, vt vxores alias necarit. In vxorib⁹ necādis exercitati) vt aī dixit, P. Cānūtius hō in primis ingeniosus, & in dicēdo exercitatus.

Libertino) Libertini sunt q iusta seruitute manumissi sunt, iicq dicunt, vt ab ingenuis cōditiōe dīllingant. Libertus aut, q idē est, ad patronū referatur, vt fili⁹ ad patrē. Hec ex valla li. iii. Sed libertinū dici inuenio, siue vt ad ingenuū referatur, siue simpliciter dīca. Hoc autē loco ad patronū refertur. Sed quārebat, cui patronus esset p̄batus) Nā si patronus Fabritius nemini probatus fuit, ea res Scamandriū minus probabat, q patrono improbo probatus fuerit. Magnā em̄ habet vim, vt aī dixit, ad cōiungēdas amicītias stu dioḡa: nature similitudo. Probatus esset) Alijs in codicib⁹ fūisset l. gitur. Scamādro factas insidias). i. Scamandriū deceptū. Ut medicamentū nō ve nenū) Quia p̄ixis in Scamātri manib⁹ deprehēsa est, quod verisimile est, Ci cero in Scamātri defensione securus est. Cleop̄atus em̄ medicus erat. Medicamēta medici vēdebāt. Egit Scamāder cū Diogene, vt a Cleoph̄ato med dicamēta emeret: Diogenes pro medicamēto venenū attulit, quod in Scamātri manibus deprehēsum est. Itaq factas esse Scamādro per Diogenē insidias dicit. Hoc cuiuis v̄lui venire posse) Nemo em̄ est, cui illud cōtingere nō possit, vt ei pro medicamēto venenū ab improbo medici seruo affera tur. Nam in alio codice v̄lui nō v̄lui legitur. Vel intelligas, hoc medicamen tū posse venire cuiuis nō ex groto v̄lui id etiā est vtilitatī venire posse. In eo cōmoratus essem) repeti debet vel quū dicēs vel dicēdo: sermone domestico dicimus id sepe: Cicerone & a Liūto omittitur s̄p̄ilsum, Ceteraq eo loco ponūt vbi poneretur, si id dicēs vel dicēdo poneretur. Quārebat &c.) Qđ dixit Cīcero inter Scamātriū & Diogenē cōstitutū, vt medicamentū nō ve nenū afferret, id Cānūtius refutauit, q abditū in locū cōuenissent, q̄ solus venisset Scamāder, q̄ obsignata esset pecunia. Per obsignatā pecunia signif cari putem loculos in quibus pecunia Diogeni danda esset, obsignatos.

Summa religione) Hoc dicit vt Vari testimonii fidelius ostendat. Testes enim iurati testimonii dicebāt, si summa religione Varus p̄ditus erat, nūq

Exercitat⁹
in vxorib⁹
necādis.
Libertini.
Ingenui.

F. SYLVII IN ORAT.CIC.

Obscure
ferre.

peieraset. Obscurereferebat) id est occultabat, ut cōtra p̄ se ferre dicitur.
Aderat freq.) Nā multos aduocarat: vt eoz studio gratiaq; in liberando
Scamādro vteret. Pugnabat) litigabat, vt lis ipsa certamē a Quit. sepe dī.

Postremo id quod maximo malo illi causæ fuit, hoc ipso
in loco, quasi reus ipse esset, sedebat. Oculi omniū iudicū
non in Scamandrum, sed in Oppianicum coniiciebantur:
timor eius, perturbatio, suspensus, incertusq; vultus, crebra
coloris mutatio, quæ erant antea suspitiosa, hæc aperta
ac manifesta faciebāt. Cū in cōfiliū iri oporteret, quæsivit
ab reo C.Iunius Quæsitor ex lege illa Cornelia, quæ tū
erat, clam an palā de se sententiā ferri vellet? de Oppianico
sententia responsum est, q; is Habitū familiarem Iunium
esse dicebat, clam velle ferri. Itum est in consiliū: omnibus
sententiis præter vñā, quā suā Stalenus esse dicebat, Sca
mander prima actione cōdénatus est. Quis tū erat omniū
qui Scamādro condemnato non iudicium de Oppianico
factum esse arbitraretur? quid est illa damnatione iudi
catum, nisi venenū id quod Habito daretur, esse quæstū?
quæ porro tenuissima suspicio collata in Scamandrū est,
aut cōferri potuit, vt is sua spōte necare voluisse Habitū
putaretur? Atq; hoc tum iudicio facto, & Oppianico re
& existimatiōne iam, lege & pronūciatiōne nondum cō
demnato, tamē Habitū Oppianicū reū statim nō fecit.
voluit cognoscere, vtrū iudices in eos solos essent seueri,
quos venenū habuisse ipsos cōperissent: an etiam cōfilia
conscientiasq; eiusmodi facinorū supplicio dignas iudica
rent. Itaq; C.Fabritium, quē propter familiaritatē Oppia
nicī cōsciuī illi facinorū fuisse arbitrabatur, reum statim fe
cīt: vtq; ei locus primus cōstitueretur, propter causæ cōiū
ctionem impetravit. Hic tum Fabritius nō modo ad me,

meos vicinos, & amicos Aletrinates non adduxit, sed ipse
ius neq; defensoribus vt postea, neq; laudatorib; potuit.

Hoc ipso in loco id est in his fori subsellijs, Quasi reus ipse esset) Significat more fuisse, vt reus tu foderet, quū ei causa ageret. Suspensus id est dubius. Vt in lib. Aenei. iij. Suspensi Euripyli scitum oracula Phoebi Mittim⁹ Suspensus. Inde p̄dere animi dicimus. Quę erat suspicio, de Veneno dato Scamā pro dubio. dro. Quū in cōsilii iri oporteret) Eūt in cōsilium iudices, quum causa ab Ire in consilium. vtraq; parte perorata ad sententiā ferēdā cōueniūt. Ite ad cōsilium vulgo dicitur. Hac voce hic s̄pē vtitur Cicero. Ex lege illa Cornelia) L. Cornelii Sylla Lex Corne
tulisse legē significat, vt anteq; iretur in cōsilium, ex reo quęsitor quęteret
clā an palā de se sententiā ferri velet. Quę tū erat) Hāc legē Corneliam ab
rogatā fuisse, aut certe obseruari desisse significat, quū hęc Cluētij causa age
retur. In hac causa & in sequētibus mittebat iudices in vrnā notā eā quam
volebat. Erāt enim tres notę, vt pro Milone scribimus: A, absolutionis: C, cō
dēnationis: N, L, ampliationis tanq; nō liqueat. Ternas notas singulis iudicis
cib; dabat is qui causę pręterat. vt pro Milone literam quoq; salutare A. Ci
cero dicit a Cn. P̄peio Cōsule iudicib; datā. Clā an palā) Clā ferre senten:
tiā, est notā in vrnā mittere. Palam vero est ore pronūciare. Cicero libro de
legibus tertio scribens de his duobus iudiciorū generibus, Gruiora, in. Clā ferre
quit: iudicia de potentissimis hominibus extant voces quā tabellę. Iudicia sententiā.
enim & sufragia, quę voce dentur, cōmendat, alia damnat. Responsum est)
a Scamādro Habitū familiarē Iuniū) Hęc familiaritas auxit suspicionē iudi
cij a Cluētio corrupti, quocirca Iuniū dānatus est, vt postea dicit. Hęc autem
Iuniū familiaritas causa fuit, cur Scamāder clā ferri s̄niā petuerit, vt oēs
ferriēt liberis, nequi Junij gratia dānassent Oppianicū, si ore sententiā tulis
sent. Prima actione) Multis enim actionib; aliquę cause agebātur, si erāt mul
tiplices, aut difficiles & iplicate, vt M. Fōtei causa actionib; duab; pacta est.
Cause verris actiones multas fuisse nemini ignotū est. Lege) Lex enim nul
la cōstituta erat de Oppianico: itaq; adhuc de eo nihil p̄nūciatū est. In eos
solos &c.) i. an eos solos cōdēnarent. Habuisse) & ita dephēsos, aut p̄ atos. Conscius
Ipsos). i. ipsos iner. Cōsilia cōsciētiasq; i. eos q̄ dedidissent cōsiliū & coliq; fuis facinori, &
sent. Agere es enim, vt dici solet, & cōlent̄tētes pari poena puniēdi sunt. Con facinoris,
sciū illi facinori) Vt lib. Epist. ad Atticū. xij. Vides & officiū agi meū quoddā
cui tu es cōsci⁹. Maleficij cōsciū paulo post Cic. dicit. Fabritiū cōsciū maleficij
cōdēnarāt. Vt aut in vtrāq; p̄tē cōsciētia ita cōsci⁹ dicit. Arbitrabač) Sca
māder de Fabritio nihil cōsciū est. Suspitionē veneni a fabritio accepti,
auxit Oppianici cū Fabritio familiaritas. Vtq; ef locus), i. vt dānato Sca
mādro, quum recens adhuc iudicū memoria esset, Fabritij cā lege cōstituta
prima ageretur. Idem paulo post de Oppianici causa dicit. Propter cau
ſe coniunctionem) Scamandri enim & Fabritij cause sunt ita coniunct
ę, vt una causa esse videatur. Impetrauit a iudicibus. Hic tum)

F. S Y L V I S IN ORAT.CIC.

Hic tum Cic. in hac oratione sepius dicit, 'pro eo qd est tu. Est em hoc loco hic aduerbiū temporale. Neq; laudatoribus) Diximus pro Fōteio morem uisse vt Legati a municipijs vel a prouincijs publice mitteretur cū lauda ione rei, si is reus municipio aut prouincie chartus esset, vt facilis absoluere.

Rem em integrā hominis non alieni, qūis suspicio am defendere, humanitatis esse putabamus: iudicatā labefactare conari, impudētię. Itaq; tū ille inopia & necessitate coactus, in causa eiusmodi ad Cepasios fratres confugit, homines industrios: atq; eo animo, vt qcūq; dicēdi potestas esset data, in honore atq; in beneficio poneret. Iā hoc

Morbis difficillimis me dicus nobilissim cause difficillime patronus de terrim adhibetur.

quoq; prope iniquissime comparatū est, q; in morbis corporis, vt quisq; est difficillimus, ita medicus nobilissim⁹. atq; optimus qrit: in periculis capitū, vt qcūq; causa difficillima est, ita deterrimus obscurissimusq; patronus adhibetur. Citatur reus, agitur causa, pars verbis accusat ut de re iudicata Cannutius. Incipit lōgo, & alte petito procēmio respōdere maior Cepasius. Primo attēte audīt' eius oratio, erigebat animū iā demissum & oppressum Oppianicus. gaudebat ipē Fabritius: nō intelligebat animos iudicū, nō illius eloquētia, sed defensionis impudētia cōmouerī. post eaq; de re cōcepit dicere, ad eaq; erat in causa, addebat etiā ipse noua qdā vulnera. Hoc qq; sedulo faciebat, tamē interdū non defendere, sed pūaricari accusationi videbatur:

Nocentes
fendere.

Rem integrā, i. nōdū iudicatā. Non alieni). i. propinquū, vel amici, vel ciuiis. Nō extranei vulgūs diceret. Qūis). i. quātūis. Humanitatis esse putabamus) Fert em humanitas, vt ante diximus, nocēte aliqui nefariūq; & impiū defendere. Itaq; Cicero in Orōne pro P. Sylla probat vitos illos Cōsulares, qui affuerūt Catilinę, eūq; laudarūt. Nulla, inqt, tū patebat, nulla erat cognita cōuratō. defendebat amicū, aderat supplici, vitę eius turpitudinē in summis eius periculis nō insequebātur. Iudicatā labefactare conari) Quū P. Sylla ambitus esset dānatus, L. Cęcilius ei⁹ frater legē tulit, qua minuebat ambitus poenā eā q; superioribus legibus cōstituta erat, quā

promulgauit nō de tollēda, sed de leuāda calamitatate fratrī. Res iudicatas eum rescindere voluisse L. Torquatus accusator dicit. Hac lege cōtēdit Cicero nō iudicū sentētiā, sed legis vitū corrigi. Nemo em̄ iudicū reprehēdit quū de poena q̄rit, sed legē. Dānatio em̄ est iudicū, quē manebat: poena legis, q̄ leuabā. Sed fratrī authoritate deductus Cēcilius destituit. Stat̄ em̄ (inqt Cicero) Reip. maxime iudicatis rebus cōtinet. Neq; ego tātū frater no amorī dādū arbitror, vt q̄s q̄ de salute suo: cōsulat, cōmūnē relinquit. Rē iudicatā labefactare, & qđ paulo post, & pro P. Sylla dicit rescindere, est qđ vulgo dicūt quassare & annihilare sentētiā iudicis. Inopia) qđ ne a m̄ nicipibus qđ suis opē habere posset. Ad Cepasios fratres) C. & L. Cepasij fratres fuerūt, qui multa opa, ignoti homines & repētini, Q̄uestores celeriter facti sunt oppidano quodā & incōdito genere dicēdi. Author est Cicero de Claris Oratorib;. Homines industrios) Irontia est. Quęcūq; dicēdi &c. i. quācūq; dicēdi facultatē haberēt. Cōparatū), i. cōstitutū & cōfirmatū. In qua significatione dici No. Marcellus scribit. Turpilius, Nūq; vnius me cōparauit seruire elegatię. Afranius, Proba & pudica qđ sum, consul & parco mihi. Quoniam cōparatū est, vno vt simus cōtēte viro. Difficillim⁹ i. grauiſſimus, & periculōſſimus. Adhibetur in codice sancti Victoris hēc ascripta sunt. Nisi forte hēc causa est, q̄ medici nihil p̄ter artificiū, oratores etiā authoritatē p̄stare debēt. sed hoc adiecitū puto. Medici itaq; est p̄stare artificiū. Orator & artificiū & authoritatē p̄stare debet. In oratore authoritatē Q̄uintilian⁹ p̄cipue requirit. Vt autē facilis est solū artificiū, q̄ artificiū & authoritatē p̄stare: ita oratōrē bonū q̄ medicū īuenire diffiſcilius est. Mihi certe videſ lectio cohērētior, si hoc nō ascribat. Incipit iōgo) Imperitū oratōrē Cepasij fuſſe dicit, q̄ vitioſo exordio, vitioſa narratiōne, vitioſa & reliqua oratione vſus fit, vt causam Fabritij deteriorē ostēdat, quā bonus patronus fuscipe noluerit, quippe quū iā res iudicata esſet. Longū exordiū Q̄uintilianus libro. 4. vitiosum esse dicit: id autē lōgū est, quia etiā alte repetitū. Exordiū modus, vt idē ait, esse debet p̄cauſa. Nā breuius ſimplices, lōgius perplexę ſuſpectę & infames defiderāt. Eiusq; lōgitudo īmodica euitāda est, ne ī caput oratio excreuiſſe videat. Postq; de re coepit dicere) finito exordio vel narrare, vel refutare coepit. Noua quēdā vulnera) Bon⁹ orator ſūma diligētia cauet, ne qđ dicat, qđ cauſe noceat. Hic Cepasius noua qđā vulnera cauſe addebat, id est p̄ter ea q̄ Cānūtius in accusatiōne dixerat cōtra Fabritij cauſam, nōnulla Cepasius dicebat quę cauſe nocerēt. Vulnera). i. dānū. Nā vulnera & plagā p̄dāno ſepe dici mus. Inde infligere aut iniſcere ſecurim Reip. p̄ eo qđ est grauiter vocere Vulnus & Reip. Cicero dicit. de quo dicēdi ḡnē alibi ſcribem⁹. Sedulo). i. bona fide, & plaga proſine dolo, vñ ſedulo dicit. Preuaricari accusationi) i. ptē ſuā prodere & ac- damno. culationē adiuuare. Nā p̄uaricato, vt ait Vipianus libro Digestor⁹. 47, titu Sedulo lo de p̄uaricatoribus, est q̄ diuersam ptē adiuuat pdita ſua cauſa. Qđ nomē Preuaricari. Labeo a varia certatione tractū ait. nā q̄ preuaricat, ex ytrāq; pte conſtit.

Labefactare
& rescinde-
re tem iu-
dicatam.
Cepasij fra-
tres.

F. SYLVIVS IN ORAT.

Dubios
Ridicula
actio.

tom ch. an

Itaq; cū callidissime se dicere putaret, & cum illa verba grauissima ex intimo artificio deprompsisset. Respici te Iudices hominū fortunas, respicite tū duros variosq; ca sus, respicite C. Fabritiū senectutem: cū hoc respicite ornādæ orationis causa sēpe dixisset, respexit ipse: ac C. Fabritius a subsellii demisso capite discesserat. Hic iudices ridere: stomachari, atq; acerbe ferre patronus causam sibi eripi, & se cætera de illo loco, respicite Iudices, non posse dicere. nec quicq; proprius est factum, q; vt illū persequeretur, & collo obrorto ad subsellia reduceret vt reliqua possit perorare. Iam tum Fabritius primo suo iudicio, quod est grauissimum, deinde legis vi, & sententiis iudicium est condēnatus. Quid est quod iā de Oppianici causa plura dicamus: apud eosdem iudices reus est factus, cū is duobus præiudiciis iam dānatus esset: ab iisdē autē iudicibus, qui Fabritiorū damnatione de Oppianico iudicarent, locus ei primus est constitutus: accusatus est criminibus grauissimis, iis quæ a me breuiter dictasunt, & præterea multis, quæ ego omnia nunc omitto: accusatus est apud eos, qui & Scamandrum ministrum Oppianici, & Fabritium cōsciū maleficū condēnarāt. vtrū per deos immortales magis est mirādum, q; is condēnatus est, an q; omnino respondere ausus est? Quid enim illi iudices facere potuerūt: qui si innocētes Fabritios condemnassent, tamen in Oppianico sibi constare. & superioribus consentire iudiciis debuerunt. An vero illi sua per se ipsi iudicia rescinderent: cum cæteri soleant in iudicandone ab aliorum iudiciis discrepent, prouidere?

Callidissime id est artificissime, ad cōmonēdos iudicū animos ad misericordiā Fabritio tribuendā. Ex intimo artificio) Ea dicēdi ratio quæ in rhetoriciis ad Herēniū repetitio appellatur, magnā habet venustatē gra

uitatē & acrimoniā. Ea autē fit quū cōtinēter ab vno atq; eodē vērbo in rebus simili bus aut diuersis principia sumūtūr. vt hoc loco, respicite Cepasij repetiuerat. Hanc narrationē cōtra fratres Cepasios factā esse, eāq; introduc̄ta ad soluēdos urbanitate iudicūtūm Quintilianus libro .4. scribit. Ideoq; libro .6. Fabulam appellat. Idē eodē libro, in primis subtile & orato rum esse dicit falsa narrare. vt Cicero pro Cluentio narrat de Cepasio atq; Fabritio. Nam ab eo sic est Fabritij fuga illa cōdita. Itaq; quū calidissime se putaret dicere &c. Respice dubios variosque. Duros non dubios apud Quintilianū lego. A subsellijs vbi sedebat. Nā in foro subsellia erant, in Subsellia, quibus oratores, rei, testes, alijs sederēt. Ridere) id est ridebat. Hoc dicēdi genus poetis & historicis multo frequētitūs est q̄ oratorib⁹. Stomachari) Infinitius id est patronus Cepasius stomachabatur & acerbe ferebat, &c. Stomachari pro p̄terito grauiter & acerbe ferre. vt in lib. de Officijs tertio, Stomachari cōcepit Can- indicatiui, nius. Idem libro Epistolarum familiarium. x. Iucundissimis tuis literis stoma Stomachas chatus sum in extremo. Libro Tusculanarum Questionū. 4. An vero vir Stomach⁹ fortis, nisi stomachari cooperit, non potest vir fortis esse? Inde Stomachus pro ira ab eodē dicitur in eodē libro. Tractata definitione fortitudinis intel- liges eā stomacho nō egere. Libro Epistolarū ad Quintū fratrem tertio, Superiori epistole quid respōdeā nihil est, quē plena stomachi & querelarū est. Ad Atticū libro. v. Multa præterea quæ tum mihi maiore stomacho, q̄ ip̄i Quinto fuerunt. Causam eripi) id est vincendi facultatem adimi. De illo loco) id est ab illo loco. Cetera nō posse dicere) Cepasij orationē preparatā fuisse & præmeditatā significat, sed eū ita imperitū, vt aliter dicere non possit, q̄ quo modo scriplerit. Collo obtorto) id est inuitum & Obtorto reluctantē: vt Actione in Verrē. 6. Quē obtorta gul a de cōuiuio in vincula collo, atq; in tenebras abripi iussit. Suo iudicio) Nādemissō capite discesserat, quod causē suā diffideret. Quod est gratissimū. Suū enim cuiusq; contra se iudicium vel testimoniu m̄ debet grauissimū. Legis vi) vel legis Cornelij de scarijs & beneficis. Qua lege, vt ait Marcellus libro Digestorū 48. tenetur qui malū venenū necandi hominis causa fecerit, vel vēdiderit, vel habuerit. Vel legis Q. Catuli de vi, qua lege postulatus est M. Celius & Clodiā necare veneno tentasset. Vel legis, cuius cōstitutione illa Fa- britioz & Oppianici causa acta sit. Fabritiorū). i. Scamandri & C. Fabris tij vt hēres appellabatur nomine eius a quo hēres factus esset, ita patroni Patroni & nomine libertus appellabatur. Si nocētes Fabritios cōdēnascent) Argu hēredis no- mentū a fictione est. Quū ceteri soleāt) Nā vt ait Quintilianus libro. v. men, de pr̄iudiciis, vult cognoscētiū quisq; firmā esse alterius sententia, & ipse pronūciaturus exemplum non libenter, quod in se fortasse recidat, facit.

Et illi quī Fabritiū libertum, quia minister in maleficio minister, & maleficio fuerat: patronū, quia conscient condemnassent: ipsum

F. SYLVIVS IN ORAT.

Architect^o sceleris. principem atque architectum sceleris absoluenter? & qui cæteros nullo præiudicio facto, tamen ex ipsa causa condemnassent: hunc quem bis condemnatum iam acceperant, liberarent? tum vero illa iudicia Senatoria, non falsa inuidia, sed vera atq[ue] insigni turpitudine notata, atque opera dedecore & infamia, defensioni locum nullum reliquissent. Quid enim tandem illi iudices responderent: si quis ab iis quæreret, condemnastis Scamandrum, quo criminis neinpe quòd Habitum per seruum medici veneno necare voluisset. Quid Habitū morte Scamander con sequebatur? nihil. sed administer erat Oppianicī. Condemnatis C. Fabritium. quid ita? quia cum ipse familiarissime Oppianico vsus, libertus autem eius in maleficio deprehensus esset, illum expertem eius consilii fuisse nō probabatur. Si igitur ipsum Oppianicū bis suis iudiciis condemnatum absoluissent, quis tantam turpitudinem iudiciorum? quis tantam inconstantiam rerum iudicatarum, quis tantam libidinem iudicum ferre potuisset? Quòd si hoc videtis, quod iam hac oratione patefactum est, illo iudicio reum condemnari, præsertim ab iisdem iudicibus, qui duo præiudicia fecissent, necesse fuisse: simul illud viridatis necesse est, nullam accusatori causam esse potuisse, cur iudicium vellet corrumpere. Quero enim abs te Tite Acti, relictis iam cæteris argumentis omnibus,

Princip^s sceleris. Et illi) Reliqua pars est argumēti à fictione. Principē &c.) Principē sceleris dici hic attende quū in re bona fere dicatur vt paulo post, An ille, q[ui] se in principem maleficij lenē, in adiutorē eius & cōficiis vehementissimi esse repōdit? Architectū sceleris) Architectus is est q[ui] ædificiis cōstruēdis p[ro]est, quem fabrum præcipuum, aut magistrū operis vulgo appellant. Inde architectari, id est fabricari: vt in libro Rheticorum ad Herēnum primo, Cogitatio, quanuis regionem potest amplecti, & in ea situm loci cuiusdam

ad suū arbitrium fabricari & architectari. Hi autē quoniā in ædificandi ratione aliqd nouū solent inuenire, ideo architectari est nouū aliqd inuenire. Cicero in libro de Finibus bon. & malor. An qđ ita callida etiam, vt optime possit architectari voluptates. Inde architecti fabricatores appellatur. Idē de Claris Oratorib⁹. Omnes fere Stoici prudētissimi in disserendo sint, & id arte faciat, sintq; architecti pene verbor. Et iā in mala re arehitectus dicitur pro nouo inuentore & fabricatore. Idē in Rulli in Senatu, Nūc quisnā tā abstrusas ysq; minus videtur, quem nō architecti huiuscē legis olficerint. Idē pro Sex. Roscio, Ex his quę nunc maxime sūt, nōne quiuis potest intelligere omnīū architectum & machinatōrē vñū esse Chylogonū. Qui ceteros) Argumētū est a minore ad maius. Est etiā enthymema ex pugnatib⁹. Cæteros) Scamandru & Fabritiū.

Tū vero illa iudicia) A minore ad maius argumētā. Iudicia Senato-
ria) Lege Sépronia Equites iudicauerūt per annos quinquaginta : deinde L. Sylla rerū poti⁹ ab Equitib⁹ ad Senatores solos iudicia trāstulit, iustū litq; vna cū Tribunis plebis potestatē ad populi prouocādi. vt significat Cicero Actione in Verēsecūda: Postea M. Aureli⁹ Cotta Prētor circa ea tēpora, qbus cū Mithridate bellū Lucullus gerebat, ad Equites Senatores & Tribunos Aerarios trāstulit iudicia. Senatoria igī iudicia appellat quū Senatores soli Cornelia lege iudicarent. Hos autē sepe corruptos fuisse in eadē Actione in Verēsecūda Cicero dicit. Hi igī Senatores a Césoribus nō falsa inuidia, & vēra atq; insigni turpitudine notati sunt. Defensioni locū nullū reliquissent). i. ob iudicādā rē pecuniā accepissent, & ita defensione opus nō esset. Nā si ab accusatore accepissent, nulla defensio rē liberasset: si ab reo, eū nulla accusatio op̄p̄sisset, etiā si defensu sō fuisse. Ita igī a minore ad maius argumētā. Si Senatores iudices corruptissimi Scamandrū & Fabritiū cōdemnassent, Oppianicū nō absoluissent. Hi igī qui in eius causa iudices fuerūt, q; eū dānauerint, a Cluētio corrupti nō sunt. Est etiā argumētū nō dissimile ei qđ est a fictione. Illi iudices) Senatores, si in hac causa iudices fuissent. Administer) i. minister, vt sit cōpositū p̄ simplici, alioq; administer p̄cipiu minister est. In Catilinā Actione, i. C. Manili⁹ audacię satellitē atq; administrū tuę. Pro L. Flacco, Polemocratē scripsisti mercenariū & administrū cōsilioq; tuog. Actione in Verē. 4. Rerū huiusmodi omnium transactor atq; minister ad So- patrū venit. Actione, . Ita populus habēt vniuersos nō solū consciōs libi- dinis suae, verū etiā administrōs. Expertē. i. nō consciū. Reū) Oppianis cū. Accusatori) Cluētio. T. Acti⁹ Hic T. Actius Cluētij accusator est. de quo Cicero de Claris Oratorib⁹, T. Acti⁹ Pisauricis Egitis Ro. & ami- ci nostri accusationi respōdi pro A. Cluētio, qui & accurate dicebat, & satis copiose. eratq; præterea doctus Hermagorē preceptis, quibus & si orna- mēta nō satis opima di-edi, tamen vt hastæ velitibus amentate, sicut ap- quædam & parata singulis causarum generibus argumenta trāduntur.

Lex Sem-

pronia.

Iudicum

ratio.

Equites iu-
dices.Seruatores
iudices.Lex Au-
reliā.Lex Cor-
nelia.Admini-
ster.

T. Actius:

Num Fabritios quoq; innocentes condemnatos ex-
 stimes? num etiam illa iudicia pecunia corrupta esse di-
 cas? quibus iudiciis alter a Staleno solo absolutus est, al-
 ter etiam ipse se condonauit? Age, si nocetes, cuius male-
 ficii? num quid praeter venenū quæsitū, quo Habitū ne-
 caretur, obiectū est? num quid aliud in illis iudiciis versa-
 tum est, præter hasce insidias Habitū ab Oppianico per
 Fabritios factas? nihil inquam aliud iudices reperiatis.
 Extat memoria, sunt tabulae publice: redargue me, si mé-
 tior, testū dicta recita: doce in illorum iudiciis quid præ-
 ter hoc venenum Oppianici, nō modo in criminis, sed in
 maledicti loco sit obiectū. Multa dīci possunt quare ita
 necesse fuerit iudicari: sed ego occurram expectatiō ve-
 stræ iud. Nā & si a vobis sic audior, vt nunq; benignius
 neq; attentius quenq; auditū putem, tamē vocat me alio
 iam dudū tacita vestra expectatiō, que mihi obloquivide-
 tur. Quid ergo? negas ne illud iudicium esse corruptū? nō
 nego: sed ab hoc corruptū non esse confirmo. A quo igi-
 tur est corruptū? opinor, primū si incertū fuisset quinā
 exitus illius iudicij futurus esset, verisimilius tamē esset,
 eum potius corrupisse qui metuisset ne ipse condemna-
 retur, q; illum qui veritus esset ne alter absoluueretur: de-
 inde cum esset nemini dubium quod iudicari necesse es-
 set, eum certe potius qui sibi alia ratione diffideret, q; eū
 qui omni ratione cōsideret: postremo certe potius illum,
 qui bis apud eos iudices offendisset, q; eum qui bis cau-
 git Quint. samū iūs probauisset. Vnum quidem certe nemo erit tam
 inimicus Cluentio, qui mihi non concedat: si cōstet cor-
 ruptum illud esse iudicium, aut ab Habitū, aut ab Op-
 pianico esse corruptum. si doceo non ab Habitū, vincō
 ab Oppianico: si ostendo ab Oppianico, purgo Habitū.

*extit
memoria*

*Inimicus le-
git Quint.*

Num Fabritios quoq; innocentes) Ar gumentum ex remotione est, ad hanc ferme sententiam. Fabritij dam natū sunt, ergo innocentes vel nocentes. Sed non innocētes, nam eorum alter sententij omnibus vna excepta damnatus est, alter etiā se ipse condemnauit. Nec iudicia hęc pecunia corrupta esse dicas: Relinquitur igitur eos nocētes damnatos esse. Sed in horū accusatione nihil dictū est, pręter insidias veneni Cluentio ab Oppianico per Fabritios factas. Quo fit vt hęc duo pręjudicia de Oppianico facta sint. Ipse se condemnauit, quū a subsellijs demissō capite discesserat. Nihil vñq; aliud in antiquo codice legitur, nihil inquā aliud q; legio aspernāda nō est. Extat memoria) In tabulis publicis, & vt vulgo loquuntur, in registris, causas publicas scribi morē fuisse Romę hoc loco Cicero significat. In maledicti loco) Maledicta esse diximus crīmina, ea quae accusator obiicit pręter id quod cause propriū est. Occurrā id est satissimā. Transitus est ad tertiam partē, quā in partitione proposuit, iudiciū pecunia tētātū: sed ab Oppianico, nō a Cluentio. Expectationi vestre) qui expectatis, vt exoluā me promissis, idq; probē quod tertio loco probaturū me dixerā. Obloqui) id est cōtra me loqui, & quodāmodo Obloqui. exposulare meū. Obloqui est cōtra aliquā loqui. T. L. iūius libr. 1. Vterq; vociferari, & certatim alter alteri obstrepere: coerciti a lictore, ac iussi in uitam dicere, tādē obloqui desistūt. Inde obloqui, male dicere est. Plaut. Qui de altero obloqui vult, ipsum se contueri oportet. Confirmo). i. affirmo. Prīmū si incertū fuisse) Illud a fictione argumētū est. Si incertū fuisse quā sententiā iudices latrū fuisse, verisimilius fuisse fudicium corruptū ab Oppianico, qui timuisse ne condemnaretur: q; a C'uentio, qui veritus esset ne Oppianicus absuleretur. Sed quū nemini dubium fuerit, quin Oppianici duobus iā pręjudicijs condemnatū cōdemnaturū fuisse, certū esse debet ab Oppianico de causa diffidente non a Cluētio bene omnino sperante corruptū iudicium. Quod iudicari necesse erat)

Nam pręjudicia duo facta erant. Alia ratione) id est alio modo, q; corrupto iudicio, id est nisi iudices corrūperet. Offendisset apud eos iudices) id est ab iis iudicibus damnatus fuisse. Nam vt leditur, qui pedem ad lapidem offendit: ita qui a iudicibus damnatur, apud iudices offendisse vis detur. Vnū quidem certe) Argumentū ex remotione est. In eo autem argumento quū species per disiunctiū coniunctionem enumerantur, oēs enumerari oportet. nam si aliqua vna omissa ab aduersario animaduersa sit, res tota cum risu solvit. Ideoq; illud vtile esse Quintilianus libr. 5. ait, vt duo ponantur inter se contraria, quorum tenuisse vtrum liber sufficiat, quale, inquit, Ciceronis est. Vnū quidem certe nemo erit &c. Tā iniquū) In codice sancti Victoris, & in Quintiliano inīmicus, nō iniquus legitur, q; quis iniquus pro inīmico dicatur: vt, Fatis Iunonis iniquae, vt sit Donatus exponens illud ex prologo Adelphorum Terentij, Postq; poeta sensit scripturam suam ab iniquis obseruari.

Offendisse
apud iudicēs.

Iniquus.

F. SYLVIUS IN ORAT.

Quare et si satí docui rationem nullam huic corrum pendí fuisse, ex quo intelligitur ab Oppianico esse corruptum, tamen de illo ipso separatim cognoscite. Atque ego illa non argumentabor, quæ sunt grauia vehementer eum, corrupisse, qui in periculo fuerit: eū, qui metuerit: eum, qui spem salutis in alia ratione non habuerit: eū, qui semper singulari fuerit audacia. multa sunt eiusmodi. verum cum habeā rem non dubiā, sed apertā atq; manifestam, enumeratio singulorum argumentorū non est necessaria. Dico C. Aelio Staleno iudicí pecuniā grandē Stathiū Albium ad corrūpendum iudicī dedit. num quis negat: te appello Oppianice, te T. Acti, quorū alter eloquentia damnationē illam, alter tacita pietate deplorat. audete negare ab Oppianico, Staleno iudicí pecuniā datam: negate, negate inquam in eo loco, quid taceatis! At negare non potestis, quod repetistis, quod confessistis, quod abstulistis. quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicii facitis, cum ab ista parte, iudicí pecuniā ante iudicium datā, post iudicī ereptam esse fateamini! Quoniam igitur hęc modo gesta sunt, repetam paulo aliqui iudices: & omnia, quę in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiā, ut ea cernere oculis. videamini. Vos quę so ut adhuc me attente audistis, itē quæ reliqua sunt audiatis: profecto nihil a me dicetur, quod non dignū hoc conuētu & silentio, & dignū vestrīs studiis atq; auribus esse videatur. Nam ut primū Oppianicus, ex eo, q; Scamander reus erat factus, quid sibi impenderet ccepit suspicari, statim se ad hominis egentis, audacis, in iudicīis corrūpendis exercitati, tum autē iudicis Staleni familiatitē applicauit. Ac primū Scamādro reo, tantū donis

Cernere
oculis.

datis muneribusq; perfecerat, vt eo auctore vteretur cu-
pidiore, q; fides iudicis postulabat.

Huic) Cluentio. De illo ipso) Oppianico. Nam postea de Oppia-
nico, q; iudicium corruperit, separatin dicet. Ego illa non' argu-
mentabor) id est argumentis sequentibus non probabo. Quae sunt,
Eum corrupisse qui in periculo fuerit &c. Est autem occupatio. Illa Argumē-
argumentabor) Hoc dicendi genus rarum est. Argumentatio, vt ait tor illud.
Cicero libro de Inuentione primo, nomine uno res duas significat. & argumē
Ideo quod & inuentum aliquam in rem probabile aut necessarium, tari
argumentatio vocatur, & eius inuenti artificiosa expolitio. Quae
sunt grauiá vehemēter) id est que sunt efficacia, & multum habent
momenti ad probandum corruptos iudices ab Oppianico fuisse.

In alia ratione) q; in corrupto iudicio. Multa sunt eiusmodi) qui
bus argumentari possum ab Oppianico iudiciū corruptū. Non du-
biā) Illud em̄ sit argumentis, vt quod dubiū est per ea que certa sunt
proberet. Estq; argumentum, vt ait Quintilianus libro quinto, ra-
tio probationem præstas, qua colligitur aliud per aliud, & que quod
est dubiū per id quod dubiū nō est, confirmat. Stathiū Albiū) Op-
pianicum. Te appello Oppianice) Apostrophe est. Oppianice) filii
Oppianici. Quod repetitis) Damnato enim Oppianico recuperata
pecunia est, que Staleno data fuerat ad corrumpendū iudiciū, vt
postea dicet amplius. Confessi estis) Oppianicum Staleno dedisse.

Abstulisti) id est a Staleno domum retulisti. Quo ore) id est quo Os pro pu-
pudore, tanq; dicit, Non pudet vos facere mentionem iudicij corru-
pti. Terentius in Heautontimoromeno, Quo ore appellabas patrem
mihi dare vxorē, quū viderit me habere amicā) Idem in Eunucō,
os duruim, pro impudenti: vt contra mollis frontis dicuntur, qui sunt
reuerentes. Ab ista) id est a vestra, id est ab Oppianico. Iudici) Sta-
leno. Que in diuturna obscuritate latuerunt) id est que diu igno-
rata fuerūt. Sic aperiā, vt ea cernere oculis videamini) Quae pollice-
mur nos esse probaturos, ea, vt alibi, dixi, fore manifesta maxime p-
mittamus, præcipue si ea valde utilia cause nostrę sint. Adhuc) id
est hucusq;. Item) id est similiter. Ex eo) id est ex eo tempore. In Exercita-
iudicij corrumpendis exercitati) vt ante dixit Oppianicum in ne-
tus in iu-
candis vxoribus exercitatum. Id credibile facit, quod postea dicitur dīcijs cor-
est, Oppianicum Staleno dedit pecuniam ad corrumpendum iu-
tūpendis.
dicium. Tum autem) id est in causa Oppianici. Ac primum Sca-
mandro) id est quam Scamander reus factus esset, Oppianicus dona
& munera Staleno dedit, vt eo authore vteretur &c.. Authore) id
est adiutore. Cupidiore) id est magis auaro.

PSYLVIVS IN ORAT. CICERO

Post autē cū esset Scamander vnius Staleni sententia
 absolutus, patronus autē Scamādri ne sua quidē senten-
 tia liberatus, actoribus salutī suā remediis subueniēdū
 putauit. Tū a Staleno sicut ab hominē ad excogitandū
 acutissimo, ad audendum impudentissimo, ad efficien-
 dum acerrimo (hæc enim ille, & aliquā ex parte habe-
 bat, & maiore ex parte se habere simulabat) auxiliū ca-
 do pule
 Similitus
 etra.
 Fame do-
 minante.
 cum, vbi pastę aliquando sint, reuertantur? Stalenus ille
 biénio ante, cum causam honorū Safinii Atelle recepi-
 set, sexcentis milibus nummū se iudicium corrupturū esse
 dixerat, quæ cum accepisset a pupillo, suppressit: iudi-
 ciōq; factō, nec Safinio, nec honorū emporib; reddi-
 dit. Quam cū pecuniam profudisset, & sibi nihil nō mo-
 do ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatē quidē reli-
 quisset, statuit ad easdem sibi prædas ac suppressiones
 judiciales reuertendū. Itaq; cum Oppianicum iam per-
 ditū, & duobus iugulatum præiudiciis videret, promis-
 sis eum suis excitauit abiectum, & simul saluti desperare
 Desperare
 salutē.
 vetuit. Oppianicus orare hominē cœpit, vt sibi rationem
 ostenderet iudicium corrūpendi. Illi autē (quēadmodū ea
 ipso Oppianico postea est auditum) negauit quenq; esse
 in ciuitate, prēter se qui id efficere possit. Sed primo gra-
 uari cœpit q; Aedilitatem se petere cum hominib; no-
 bilissimis, & inuidiam atq; offensionem timere dicebat.

Hec enī ille &c. id est Stalenus aliquātū erat ad excogitādū acutū,
 ad audēdū impudens &c. magis tñ esse se simulabat. Ut etiā bestiæ
 Ex cōparatione fieri pbationes, quæ exēpli vīm habeant, author est
 Quintilianus lib. 5. Biénio ante). i. Biénio anteq; Oppianici causa
 ageretur. Quū causam honorū Safinij.) Crimē qđ probare volumus.

fit admodū credibile, si aliquādo simile dicam⁹ admissum ab eo, quē
ſt de quo q̄stio est, admissum dicim⁹. In causa Safinii Staleni accepis-
ſe pecuniā & suppressiſſe dicit, vt magis probabile fit ab eodē idē fa-
tum in causa Oppianici. Atelle⁹ qđ Oscorū oppidum est. Causam Atella.
recepisſet) Id ante ſēpe Cicero dixit ſuſcipere cauſam: ſed alibi quoq; ſuſcipere
recipere cauſam ab eo dici attēdimus, vt p Sex. Roscio, Quę me igif & recipere
res p̄ter ceteros impulit, vt cauſam Sex. Rosci recipere. Actioe in cauſam.

C. Verrē quarta, Recepit enim cauſam Sicilie, ea me ad hoc negocium
pūicia attraxit. A pupillo) Safinio. Supp̄ſſit) Supprimere pecuniā. Supreme
hoc loco, & paulo post, eſt pecuniā alii vſui data & destinatā ſibi iniu re pecuniā
ſte retinere. Bonorū emporib⁹). i. iis qui Atelle⁹ Safinii bona omnia
emerāt, quū hēc pecuniā Safinii eſtet nō Staleni. Profudisſet) Pro- Profudere
fundere pecuniā eſt porro & p luxuriā effundere. i. nimio ſumptu pe pecuniā
cuniā effundere. Inde p̄fusi ſumpt⁹, & p̄fusę epule dicitur, vt pro P.
Quintio, Fateſ ſe nō belle dicere, nō ad voluntatē loqui poſſe, nō ab
afflīcta amicitia trāſfugere, atq; ad florentē aliā deuolare, nō profuſis
ſumptib⁹ viuere, nō ornare magnifice ſplēdideq; cōuiuiū. Et p Sex.
Roclio, Hos tātos tamq; p̄fusos ſumpt⁹ aut faciēt aut approbabūt.
Pro L. Murena, Odit populus Ro. priuatā luxuriā, publicā magnifi-
centiam diligit: nō amat p̄fusas epulas, ſordes & inhumanitatē mul-
to min⁹. Ad cupiditatem), i. ad libidinē ſuā. Reliquisſet) Nam illud
Plautinū oīno veriſſimū eſt, Male partū male perit. Nihil eſſe verius
existimamus, qđ Seruator noſter dixit. eius aut in Euāgelio illa ver
ba ſunt, Qui nō cōgregat mecum, diſpergit. Iugulatū), i. cōdēnatū. vt
pro Milone, Qđ ſi ita putasset, certe optabili⁹ Miloni fuit dare iugulū
P. Cludio: nō ſemel ab illo, neq; tū primū petiū, qđ iugulari a vobis,
quia ſe illi nō iugulādū tradidiffet. In Verrem aet. v. His te literis ho
mo audacissime atq; amētissime iugulatū ſentis. Saluti desperare)
Vt in orōne poſt reditū in ſenatu, Bonosq; viros iugere malui meaſ
fortunas, qđ ſuis desperare. Dicim⁹ etiā desperare ſalutē, vt p L. Mure-
na, Simul atq; Cādiddatus accusationē meditari viſus eſt, vt honore
despaſſe videat. Et p Milone, In quos incēſos ira, vitāq; dñi desperā-
tes quū incidiſſet, heſit in hiſ poenis quas ab eo ſerui fideles pro dñi
vita expetiuerūt. Lib. Epift. ad Att. vi. Breuiloquentem iā me tēpus
īpm facit, pacē eūn desperauit. Rationē), i. viā & modū. Grauari), i. dī
cere id ſe nō libēter facere. Id enim callidi hols & malitiōſi eſt, vt qđ
maxime velit, id yelle ſe diſſimulet, quo id maiore p̄cio efficere poſ-
ſit. vt in lib. de Offi. iii. Pythius Syracusanus magnifica villa ſuę op-
portunitatē malitiōſe Cānio oſtētat. Incēſus Cānius cupiditate con-
tēdit a Pythio vt vēderet. Grauate ille prio. Quid multa! Impetrat, Grauari,
emitt homo cupid⁹ & locuples tāti, quāti Pythi⁹ voluit. Grauari aut grauate &
p̄eo qđ eſt inuīto, & nō libēter aliqd facere, dicit, vt in lib. de Amici- grauatim.

Male par-
tū male
perit.
Iugulatus
ſententia.

Desperare
ſalutē & fa-
lutem.

F. SYLVIVS IN ORAT.CIC.

tia, Ego vero nō grauarer, si mihi ipse cōsiderē. Virg.li.Aen.2.hoc ver
bū cū accusatiō posuit, Cui Iuno illachrymans, qđ si quę voce gra
uaris, Mētēdāres. T.Liuī⁹ li.xxiiii.grauor mittere dixit. Tū Pinari
ait illis si ad Consulē grauarētur mittere, sibi saltē darent populi cō
filiū, vt sc̄iretur vtrū paucorum ea denūciata, an yniuerse ciuita
tis essent. Inde grauate, i.non libēter. Idē libro tertio, Qui quū haud
grauate venisſent. Idē lib.xxi.Regulī Gallorū castris ad Illicherum
extēplo motis, grauate ad Poenū venerant capti donis. Idē li.xxxii.
Caduceator ab Rege venerat, locū & tēpus petēs colloquio. Id gra
uate cōcessum regi est. Idē lib.i.grauatim dixit, quod rarius est, Haud
grauatim socia arma Rutulis iunxit. Offensionē id est nequid libi
nōceretur ad Aedilitatē adipiscendam. Offensio enim passiue dicit.

Post exoratus, initio permagnam pecuniam poposcit.
deinde ad id peruenit, quod cōfici potuit, & seſtertia ſex
centa quadraginta millia deferri ad ſe domū iuſſit. Quę
pecunia ſimulatq; ad eū delata eſt, homo impurissimus
ſtatim cœpit in eiusmodi mente & cogitatione verſari:
nihil eſſe ſuīs rationibus vtilius, q Oppianicum condē
nari. illo abſoluto, pecuniam illam aut iudicib⁹ diſper
tiendā, aut ipſi eſſe reddendam. damnato, repetiturū eſſe
nemīnem. Itaq; rem excogitat ſingularem. Atq; hæc lu
dices, quę vere dicuntur a nobis, facilius crederis, ſi cum
animis vestrīs longo interuallo recordari C. Stalenī vi
tam & naturam volueritīs. Nā perinde ut opinio eſt de
cuiusq; morib⁹, ita quid ab eo factum, & non factū fit,
existimari potest. Cum eſſet egens, ſumptuosus, audax,
callidus, perfidiosus: & cū domī ſuāe miferrimus & ina
nissimus tantum nummorū pofitum videret, ad om
nem malitiā & fraudem versare mētem ſuām hæc ſe
deliberant, cum cogitans cœpit, Dein ne iudicib⁹, mihi igitur ipſi
præter periculum & infamiam quid queratur, nihil ex
cogitem, quāobrem Oppianico damnari necesse fit, qui
tandem, nihil enim eſt quod fieri non poſſit. Si quis eum
forte casus ex periculo eripuerit, nonne reddendum eſt.

Verba ſecū
deliberant
tis.

Initio permagnā pecuniam Nā, vt ait Quintilianus, iniquum pe-
tendū est, vt aequū feras. Quod cōfici potuit) i.e. ad aequam pecunie Impurū
summā. Impurissimus) id est auarissimus. Terentius in Adelphis, pro auaro
Obsecro hercle hominem istum impurissimū q̄primum absolutio & improbo.
te. Alioqui, impurus pro improbo sepe dicitur. Suis rationib⁹ vti-
lius). Isibi commodius, vt sit ducta translatio ex mercatorum, eoru-
ve qui aliena gerunt negotia, rationibus. hi enim suas rationes di-
cūt. Iudicib⁹ dispertiēda) vt sex & decēiudices haberēt singuli qua-
dragena millia. tot enim iudices corrūpendi erāt, qua ratione disper-
tita esset tota pecunia. Recordari C. Staleni vitā) Hoc dicit, vt cre-
dibile sit quod de Staleno dicit. Ex ante factis vitā hominis spectan-
dā esse, vt res fiat probabilis, in libro Rhetorīcorū ad Herēniū secun-
do traditū est. Perfidiosus) magis est, q̄ perfidus. Inanissimus) id est Inanis &
pauperrimus, vt etiam vacuus a luuenale satyra tertia pro paupere vacuus p
dicitur, Cantabit vacuus coram latrone viator. Alioqui inanis dici paupere.
tur spoliatus, vt ager spoliatus aratoribus. Actione in Verre quinta,
Vnus ager Agirinensis. clxx. aratorib⁹ inanis, quū sit, vos cōiecturam Inanis
totius prouincię nō facietis! Itēq; Desertas arationes, inanes agros, ager.
prouincia miseram perditāq; offendit. Exinaniti itidem ab eodem eo Exinaniti
dem in libro dicitur, Eiectos aratores esse dico, agros vettigales vexa-
tos, atq; exinanitos a Verre. Et in Diuinatiōe, Siciliā prūnciā C. Ver-
res per trienniū depopulatus esse, Sicularū ciuitates vastasse, domos
exinanisse, fana spoliaisse dicit. Idē actiōe quarta, equestris statuē equi Inanis
inanē appellat vnde statua dejecta sit: quēadmodū actione. s. inanem equus.
basim, Tyndaritani deicerūt in foro, & eadē de causa equum inanē
reliquerunt. Quū inanis esset basis, & in ea P. Africani nomē incisū.
Malitiā). i. fraudem. Dem ne iudicibus) Mimesis est. Eam esse dicit
Donatus in Phormione in Terētij, vbi nō verba modo, verū etiā ge-
stum, vocēq; fingimus alienā. Est itidem prosopopoeia. Ea auditores
magis cōmouet, q̄ si verbis suis id Cicero dixisset. Pr̄ter periculū
& infamia) Magna Staleni auaritia est, qui cū pecunia periculū infamia
cōparās, ijs pecunia anteponat. Mihi igitur ipsi &c.) id signi-
ficat quod vulgo dicit, nō possum nisi subire periculū & infamiam.

Oppianico dānari necesse sit) Necesse est, sicut, fas est Oppianico vel Neceſſe est
Oppianicū dānari: vtrūq; dicimus, sed per datiuū locutio frequētior fas est, li-
est. vt, Mihi iussa capessere, fas est. Si quis eū forte casus &c.), i. si for- cet mihi &
te absolutus fuerit. Nōne reddendū est) quod ab Oppianico accepit me facere.

Præcipitantem igitur impellamus, inquit, & perdi-
tum prosternamus. Capit hoc consilium, vt pecuniam
quibusdam iudicibus leuissimis polliceatur: deinde eā

F.SYLVIVS IN ORAT. CICER.

Sappūme postea supprimat: ut quoniam graues homines sua spō
^{et p̄missā}
^{fecit}
^{et ea illuc}
 te seuere iudicaturos putabat: hos, qui leuiores erāt, de-
 stitutione iratos Oppianico redderet. Itaq; vt erat sem-
 per præposterus atq; peruersus, initium facit a Bulbo:
 & eum q; iamdiu nihil quæsierat, tristem atque oscita-
 tem leuiter impellit. Quid tu inquit? ecquid me adiu-
 uas Bulbe, ne gratis Reipub. seruiamus? Ille vero, simul
 atq; hoc audiuit, ne gratis: quo voles inquit sequar: sed
 quid affers: tum ei quadraginta millia, si esset absolu-
 tus Oppianicus, pollicetur: & eum vt cæteros appelleret.
 quibuscum loqui consueret, rogarat: atq; etiam ipse con-
 ditor totius negotiū Guttam aspergit huic Bulbo. itaq;
 minime amarus is visus est, qui aliquid ex eius sermo-
 nī spe gulē ne speculæ degustarat. Vnus & alter dies intercesser-
 rat, cum res parum certa videbatur, sequester & confir-
 mator pecuniae desiderabatur. Tum appellat hilari vul-
 tu hominem Bulbus, vt blandissime potest: quid tu in-
 quid Pacete? (hoc enim sibi Stalenus cognomen ex ima-
 ginibus Aeliorū delegerat, ne sū se Ligurem fecisset na-
 tioniis magis suæ, q; generis vt cognomine videretur)
 qua de re mecum locutus es? querunt a me vbi sit pecunia.

Præcipitantē &c.) id est periclitantē & quasi ruentem impellamus.
 vt labantem q; firmum sternere, ita periclitantem reum, q; nō voca-
 tum in iudicium iudicio opprimere facilis est. Capit hoc cōsiliū
 id est hoc proponit, hoc cōsiliū inuenit. Graues homines). i. inter-
 gros & incorruptos iudices. Sua spōte), i. sine precio, & ex æquitate
 cause. Seuere iudicaturos). i. dannaturos. Destitutio) Destitu-
 tus hoc loco saepē dicitur is cui quid promissum sit, nec pmissū fiat.
 vt libro de Officijs. i. Magis q; ille cui promissum sit, ab officio disce-
 dat si se destitutū queratur. Destitutio igitur) id est q; promissū
 set Oppianicus pecuniā, sed non tradidisset. Iratos reddere) Hoc di-
 cit, vt libro Epistolarū familiariū. i. reddere amicum, Si alij Conſu-

rasset) Quæsitor, vt iudices in leges iurabat. Quæ res nemini! Hoc dicit Cicero, vt ostendat Iunius damnari non oportuisse. Fraudū). i.poene, quod se- quitur pro eo quod præcedit. Fraudū enim pro vitio dici alio loco scriptissimus.

Et quod C.Verres) Delectis iudicibus a Quæsitore, eorum facta sortitione Iudicū reie^c accusatori & rei rei sc̄ere licebat, quos aut inimicos, aut suspectos, aut alii qua ex causa sibi putaret incommodes. In eorum qui reiecti erāt locū, Prætoris sortitio. aliorūq; iudicū subsortitio a Quæsitore siebat, vt legitimus ille iudicū numerus cōpleretur. His perfectis primū iudices omnes præter Prætorē in leges iurabat, vt obstricti religione iudicarent: deinde iudicū nomina in libellis scribēbatur, & a Proctore in arca asseruabātur, ne p; delectis & sortitis iudicibus, vt fit in multitudine, corrupti aliqui suppositi iudicarēt. Dānato Oppianico inuidiosa res facta est. Reus enim Oppianicus pecunia oppressus videbatur, illorū iudicū princeps Iunius alios supposuisse dicebatur, q; quos Prætor fuerat subsortitus, qui reum damnaret. C.Verres, qui in caula Oppianici Prætor fuerat, pro testimonio dixit in iudicio Iuniano tabulas suas adulteratas fuisse, in quibus suppositi iudices essent, ad ferendā sententiam iudicērāt in leges corrupti, qui causam ante non audissent. Idem Verres, vt hęc inuidia aduersus Iunium vera videretur, suslūlit quos i suis tabulis habebat, aliosq; scripsit: & obsignauit annulo non solū suo, sed etiā scribē sui, quē furorū participē & diuitē fecerat, & annulo aureo donauerat. Author est Asconius diuerfis in locis. Cur id fecerat Verres, Cicero dicit Act. in C.Verre. 3. Hoc, inquit, dicam quod ostendā, multos ex te viros primarios audisse, quin dices ignosci tibi portere, quod falsum codicem protuleris. Nū qua inuidia &c.) Quia inuidia C.Iunius cōflagratit, ea nīsi prouidisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset. Hoc modo iste sibi & saluti suis prospicere didicit, referēdo in tabulas & priuatas & publicas quod gestum non esset, tollendo quod esset, & semper aliquid demēdo, mutādo, curādo, ne litura appareret, interpolādo. Homo sanctus) Ironia est. Vel id Cicero dicit, tāq; ab aduersario dictū sit. Subsortitionē eius), i quā C.Iunius Quæsitor facere debuit. Qui tū interlitus) Hoc Cicero dicit, vt libello credendū non esse ostendat. Interlitus), i.lituris cōtaminatus, adulteratus atq; corruptus: quis hūc codicē a Verre interpo^z latū ne litura appareat dixerit Cicero Actione in Verrē. 3. vt modo dicebamus. Ab interlinendo interlitus fit, eaq; particula inter vim habet augēdi, vt intercipere, interbibere. Idem verbū paulo post usurpat Cicero. Dū vero eū fuiss^e Oppianicū cōstatib, q; tabulas publicas municipij sui corrupisse iudicatus sit, qui testamentū interleuerit, qui subposita persona falsum testamenti obsignādī curauerit. Et in Verrē Actione. 4. Quid a nobis iudices expectatis argumēta huius criminis? Nihil dicimus. tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas atq; interlitas clamant. Subsortitur), i.loco reie^c storiū iudicū alios iudices sortitū. Cōmiserat, i.peccauerat. Possunt illud idē &c.) Exstīmandū em iudicū non est, nisi quod ea de re latum est, quæ questionis propria est. Prætor) C.Verres. Per eum) Iunium.

Interlitus
codex.

Subsortit^z.

Num igitur hoc tempore causa mutata est? num alia res, alia ratio illius iudicii, alia natura totius negotii nunc est, ac tum fuit? non opinor, ex iis rebus quae gestae sunt, rem ullam potuisse mutari. Quid ergo est causa, qd nunc nostra defensio audiatur tanto silentio? tunc Junio defendendi sui potestas erepta sit? Quia tum in causa nihil erat preter inuidiam, errorem, suspicionem, conciones quotidianas seditione ac populariter concitatas. Accusabat Tribunus plebis, idem in concionibus, idem ad subsellia: ad iudicium non modo de concione, sed etiam cum ipsa concione veniebat. Gradus illi Aurelii tum noui, quasi pro theatro illi iudicio adificari videbantur: quos vbi accusator concitatis hominibus complerat, non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. Nuper apud C. Orciniū Collegam meum, locus ab iudicibus Fausto Syllę de pecuniis residuis non est constitutus: non quo illi, aut exlegem esse Syllam, aut causam pecuniae publicae contemptam atq; abiectam putarent: sed qd accusante Tribuno plebis conditione aqua disceptari posse non putauerunt. Quid? conferam Syllam ne cum Junio an hunc Tribunum pleb. cum Quintio? an vero tempus cum tempore? Sylla maximis opibus, cognatis, affinibus, necessariis, clientibus plurimis: hæc autem apud Junium parua & infirma, & ipsius labore quaesta atq; collecta. Hic Tribunus plebis, modestus, prudens: non modo non seditionis, sed etiam seditionis aduersarius, ille autem acerbis, criminosus, popularis homo ac turbulentus. Tempus hoc tranquillum ac pacatum. illud omnibus inuidie tempestatibus concitatum.

*Gradus.
Aurelii.*

Exlex.

Quæ cum ita essent, in Fausto tamen illi iudices statuerunt, iniqua conditione reum causam dicere, cū aduersario eius ad ius accusationis summa vis potestatis accederet.

Alia ac) id est alia q. Tunc quū Iunius causam diceret. Ad subsellia id est in foro. Sed etiam cum ipsa &c.) Concitatiorem multitudinem significat, quæ ex concione cum Trib.pl. cuius oratione concitata erat, ad Iunij iudicium veniret. Gradus illi Aurelii) In foro Aurelio acta fuit Iunij causa. De Aurelio foro scribimus in primam Inuentiuam Ciceronis. Aurelium

Tum noui) Hoc loco coniucere liceta M. Aurelio Cotta hoc forum Au- forum.

relium vt ædificari, ita appellatum: qui non multo post equitibus quoq; iudicandi potestatem restituit. Quasi pro theatro) q; ibi tanta populis ce lebritas esset. Illi iudicio) Iunij. Ab reo id est pro reo. Ne surgendi q; dem) Nam vt accusator, ita patronus quem dicebat stabat. Collegā meū) in Prætura. Probat exemplo a maiori, inquam fuisse Iunij accusationem, q; iniqua conditione reus cum accusatore fuerit. Locus ab iudicibus con stitutus) Locum id est tempus causæ ab iudicibus constitui solitum, hoc loco attende: quia modum ante dixit, damnato Scamandro primum locum Fabritio, itemq; damnato Fabritio primum locū Oppianico a iudici bus constitutum. Fausto Syllæ Is L. Sylla filius fuit, & Ciceroni condi scipulus Athenis. De pecunijs residuis) De pecunijs residuis Sylla reus erat. Authore Paulo Iuris libro Digestor; 4.8. ad legem Iuliam peculatus, & de sacrilegijs & residuis. Lex Iulia de residuis tenetur qui publicam pecuniam delegatam in vsum aliquē retinuit, neq; in eum vsum cōsumpsit. Hac lege damnatus amplius tertia parte, quā debet, punitur. vt ait Martia nus. Non quo illi) Apud No. Marcellum illegem & exlegem dici latine docentem lego, vt hoc loco scriptum inuenio. Sed apud Priscianū libro. 6. ita scriptū inuenio. Non quod illi aut exlegem esse Syllam arbitrarentur.

Exlegem) id est reum non factum, id est nulla lege constituta vocatum in iudicium. Conditione equa) Nam accusator Trib.pl. summe potesta tis erat, reus autem priuatus. Disceptari) id est litigari & causam agi. Disceptatio em̄ est accusatoris & patrōi contentio. Sylla maximis opibus) ex comparatiōe accusatorum, reorum, & temporum, iniquioris conditionis disceptationem Iunij q; Sylla ostendit. Maximis opibus) Eius enim pa ter Romanorum omniū ditissimus erat, post quem M. Crassum fuisse di tissimū Plinius libro. 33. scribit. Criminofus) id est contentiosus & sedicio sus. De hoc nomine pro Ligario scribimus. Summa vis potestatis) id est Tribunitia potestas que summa est. Quid mali, quāturn periculi) Quid habeant potestatis Trib.pl. in vñiquęq; ostendit, vt iniquiorem disceptationis conditionem ostendat. Quid hominis) Trib.pl. scilicet.

Fatulus
Sylla.
Lex Iulia
de residuis.

Exlex.

L. Sylla di tissimus.
Crimino sus.

Quam quidem rationem vos Iudices diligenter pro
 vestra sapientia & humanitate cogitare & penitus perspi-
 cere debetis, quid malum, quantum periculi vnicuique nostrum
 inferre possit vis tribunitia, conflata praelestum iniuria, &
 concionibus seditione concitatatis optimis hercule temporibus:
 tum cum homines se non iactatione populari, sed di-
 gnitate atque innocentia tuebantur: tamen nec C. Popilius
 nec Q. Metellus clarissimi atque amplissimi viri vim tribu-
 nitiam sustinere potuerunt, ne dum his temporibus, his
 moribus, his magistratibus, sine vestra sapientia ac iudi-
 ciorum remediis salvi esse possumus. Non fuit igitur illud
 iudicium iudicij simile Iudices, non fuit: in quo non mo-
 dus est habitus, non mos consuetudoque seruata, non cau-
 sa defensa. vis illa fuit: & ut saepe iam dixi, ruina quædam
 atque tempestas, & quiduis potius quam iudicium, aut discep-
 tio, aut questio. Quod si quis est, qui illud iudicium fuisse ar-
 bitretur, & qui his rebus iudicatis standum putet: is ta-
 men hanc causam ab illa debet sciungere. ab illo enim, si
 ue quod in legem non iurasset, siue quod ex lege subsortitus iu-
 dicem non esset, mulcta petita esse dicitur. Clientii autem
 ratio cum illis legibus, quibus ab Iunio mulcta petita est,
 nulla potest ex parte esse coniuncta. At etiam Bulbus est
 condemnatus, adde, maiestatis: ut intelligas hoc iudicium
 cum illo non esse coniunctum.

Iactatione populari id est concitatione & velut tempestate populi. Nam
 populi concitatio sepe a Cicerone tempestati comparatur. Iactatio autem
 tempestatis est, ut Multum ille, & terris iactatus & alto vi superum. Nec C.
 Popilius P. Popilius legi debet. C. Gracchus Trib. pl. legem tulit, qua ca-
 Lex Sempronie. uebat, ut si quis magistratus ciuem Romanum sine iudicio morte aut exi-
 lio multasset, in eum populi animaduersio foret. Hac lege in Popiliu*m* iu-
 P. Popilius diciū parabatur. Is enim Praetor amicos Tyberii Gracchi in exiliū eiecit.

Is igitur salutē sibi fuga consuluit. Author est Plutarchus in vita Gracchorum. L. Calpurnius Bestia Trib. Pl. Popilium filijs cognatis multis & L. Calpurni atfīnibus deprecantibus rogatione sua restituit. vt ait Cicero in Orationis nius Bestia. bus post reditū ad Quirites & in Senatu, & de Claris Oratoribus. Quibus in locis P. Popilium hominem nobilissimū appellat. Nec Q. Metellus) Q. Metelli L. Saturnin⁹ Trib. pl. legem agrariam tulit, in quam Senatum ūrare co- exilium. egit. Q. Metellus Numidicus nec vi Tribunitia cogi, nec amicorum hor- tatu adduci potuit, vt in eam iuraret. Itaq; Saturnini iusu Metello aqua igni testo interdictum est, quodq; turpissimū est, licere omnibus Metellū necare. Metellus multis virtis bonis ad salutem eius tutandam conuenientibus seditionem exoriri passus non est, itaq; in exilium Rhodum profes- tus est, ibiq; legēdo & audiendo magnos viros aduocabat. Authores sunt T. Liuitis libro, 69. & Plutarchus in vita C. Marij. Occiso Saturnino, Me- tellus filio multisq; propinquis deprecantibus, permulti enim tū Metelli aut Metellorum liberi erant, ab exilio reuocatus est, vt ait Cicero in Ora- zione post reditum eius ad Quirites . Modus) id est moderatio eorū qui iudicarent, id est populi Ro. Non fuit igitur illud iudicium iudicij simile) Tautologia est, i.e. tūdē verbī iteratio. Que auctore Quintiliā libro, 3. q̄q; non magnopere summis authoribus vitata sit, interim vitium videri potest: in quod sepe incidit etiā Cicero securtis tam paruae obseruationis, si cut hoc loco. Non fuit igitur hoc iudicium iudicij simile iudices . Non mos consuetudoq; Nihil em̄ laxamēti reo datū est, ad questionem arreptus est queſitor, quē ad nullū aliud Reip. munus abduci licebat. Nō causa defen- fa) Nā ab re ne cōsurgere quidē liciuit. Quod si quis est) Simile genus de- fensionis, atq; illud est. Si feci, iure feci: sed nō feci, de quo multis in locis Quintili scribit. Est igitur hęc sentētia, Damnatio Iunij iudicium nō fuit: & si fuit, id cū causa Clientij coniunctū non fuit. Igitur nō fuit praejudicium.

His rebus iudicatis standū id est iudices debere secūdū illud iudicium pro- nūciare. At etiā Bulbus) Hoc secūdū praejudicium est. Id cū causa Clientij coniunctū nō esse docet, quēadmodū nec tertiu, quo P. Popilius & T. Gutta damnati sunt. Adde maiestatis) Simile est illud, quod antedixit, Com- demnatus est C. Iunius, qui ei questioni p̄fuerit. Adde etiā illud si placet, tum est cōdemnatus, qui esset iudex questionis. A maiore maiestas, vt ab honore honestas auctore Prisciano appellata est. Est autē maiestas vt de- finit Cicero lib. de Oratoribus, 2. amplitudo & dignitas ciuitatis. Minuere maiestatē potius q̄ lēdere dicimus. Idē in eodē Maiestatē minuit, qui exer- citū hostibus populi Ro. tradidit: Idē libro de Inuētione secūdo, Maiestatē minuere est de dignitate aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum quibus populus potestatē dedit, aliquid derogare. Bulbus igitur maiestatis cōdemnatus est, quia legionē in Illyrico sollicitauit. Auctore Vlpiano lib. Digestor. 48. ad legē Iuliam. maiestatis, hac lege tenetur qui milites sollitū citauerit concitancye, quo seditio tumultus ve aduersus Remp. fiat.

At est hoc illi crimen obiectum , fateor . sed etiam legiōnem esse ab eo sollicitatam in Illyrico , C. Cosconii li-
teris & multorum testimoniis planum factum est . quod
crimen erat propriū illius quæstionis , & quæ res lege
maiestatis tenebatur . At hoc obscuritatem maxime . iam ista
diuinatio est , qua si ut licet , vide ne mea coniectura mul-
to sit verior . Ego enim sic arbitror . Bulbum , quod ho-
mo nequam , turpis , improbus , multis flagitiis contamina-
tus in iudicium sit adductus , idcirco facilius esse damna-
tum . tu mihi ex tota causa Bulbi , quod tibi commodum
est , eligis , vt id esse secutos iudices dicas . Quapropter
hoc Bulbi iudicium non plus obesse huic causæ debet ,
quam illa , quæ commemorata sunt ab accusatore , duo iu-
dicia , P. Popilii & T. Guttæ , qui causam de ambitu dixe-
runt , qui accusati sunt ab iis , qui erant ipsi ambitus conde-
minati : quos ego non idcirco esse arbitror in integrum
restitutos , q̄ planum fecerint , illos ob rem iudicandam
pecuniam accepisse : sed q̄ iudicibus probarint , q̄ in eodem
genere , in quo ipsi offendissent , alios reprehendissent , se
ad præmia legis venire oportere . Quapropter neminem
dubitare existimo , quin illa damnatio ambitus nulla ex
parte cum causa Cluentii , vestroq; iudicio coniuncta esse
possit . Quid , q̄ Stalenus est condemnatus ? non dico hoc
tempore iudices id , quod nescio an díci oporteat , illum
maiestatis esse damnatum : non recito testimonia hominū
honestissimorum , quæ in Stalenum sunt dicta ab iis , qui
Marco Aemilio clarissimo viro Legati & præfecti & Tri-
buni militares fuerunt : quorum testimoniis planum fa-
ctum est , maxime eius opera , cum Quæstor esset , in ex-
ercitu seditionem esse conflatam .

Causam di-
cere.

Hoc crīmē corrupti iudicij. Lege maiestatis tenebat) Ut dicim⁹, qui Teneri le-
hoīem necauerit, lege Cornelia desicarijs teneri. Cicā orōne de respōsis ge-
Arusp. Decreuit Senat⁹, eos q id fecissent, lege de vi, q est i eos q vni-
uersā Rēp. oppugnassent, teneri. Igit⁹ lege teneri i, q cōtra legē pecca-
uerūt. Hoc crīmē corrupti iudicij, qd Bulbo obiectū est. C.Cosconii) C.Cosco-

C.Cosconi⁹ Calidian⁹ orator fuit nullo acumine. eā tñ verborū copiā, nius.

si quā habebat, p̄bebat populo cū multa cōcursatiōe magnoḡ clamo-
re, vt ait Cicero de Claris Oratorib⁹. Mea cōiectura multo sit verior
q̄ diuinatio tua) quis diuinatio certa, cōiectura icerta esse soleat. Faci
li⁹ esse dānat⁹) Nō est dānat⁹ Bulb⁹, q̄a esset homo nequā, turpis &c. Hec
enī cause ppria nō erāt. haec tñ cōmouerūt iudices, vt facili⁹ maiestatis
dānare. Quapropter relictā apostrophe ad iudices verba dirigit. P.

Popili⁹ is nō est, cui⁹ āte meminit. hic enī multo posterior fuit. Qui Ambitus
accusati sūt ab ijs) Hoc loco significat Cicero legē fuisse, vt si qs de ābi-
tu dānat⁹ alii abit⁹ accusaret vinceretq; in itegrū restituere. Authore damnat⁹
Modest. Iuris. lib. Digest. 48. ad legē Iuliā de ābitu. Si qs in municipio alium ac-
cōtra hāc legē magistratū sacerdotiū ve petuerit, p Senatuscōsultū in
cētū aureos cū ifamia punif. qua lege dānat⁹ si alii cōuicerit, in itegrū
restituī, nō tñ pecunia recipit. Hæc aut̄ lex Romę cessauit, q̄a ad curā
principis magistratū creatio ptinet. Quū hāc causā Cicero ageret, nō
dū lex illa Iulia lata erat. Verisimile tñ est eā ad exēplū supiorū latam
esse. Id si ita est, dānat⁹ de ābitu poena exiliū non erat. Nā ad exules, vt
ait Quintil. lib. 7. lex nulla ptinet. P. Sylla de ābitu dānat⁹ legei patria
retinebat, vt ait Cicero i ei⁹ defēsione. qui i dē l libro de Legibus tertio
scribit abit⁹ poenā ignominia esse. Idē, tñ p L. Murena significat exiliū
hui⁹ criminis poenā esse. Is enī negās fieri posse, vt qs petat Cōsulatū, si
mulq; i cōpetidores accusationē abit⁹ mediteſ. Magnū est, inquit, te cō-
parare ea qb⁹ possis hoīem e ciuitate, p̄sertim nō inopē neq; īsimū ex-
turbare. Nā, ip̄e Cicero Cōsul ex Senatuscōsulto legē tulit de ābitu, cu
ius dānato exiliū quoq; poena cōstituta est. Id p eodē Murena, quē desig-
natū Cōsulē Cōsul defēdit, significat. Quē, inquit noua poena legis &
domo & parēt. & oīm suo, cōsuetudine cōplexuq; priuat. Ad p̄mīa
legis), i. vt in itegrū restituerent. Quid q̄ Stalen⁹ est cōdēnat⁹?) Hoc
est p̄iudiciū qd p A. Cluētio esse Cicero ostēdit. Non dico hoc tēpore
Iud.) Occupatio est. Simulat enī id se omittere qd maxime dicit. Hac
dicēdi ratione audītores fiunt attēti. Fiunt autē attētores quū proxī-
me adiūgim⁹ aliquid nos dicere, qd ad causam nostrā magis ptineat.

Quū Quæstor est) Cū Cōsulibus aut Prætoribus in prouincia profi-
ciscētib⁹, ad pecuniarū rem administrandam, & ad prædas vendendas,
Quæstores int̄i solebant. M. igit⁹ Aemiliū Imp. Stalenus Quæstor
secutus est. Conflatam) id est factam. vt ante dixit, conflare inuidiā.

F. SYLVIVS IN ORAT.CIC

Ne illa quidem testimonia recito , quæ dicta sunt de HS.DC. millibus . quæ ille cum accepisset nomine iudicii Safinianî , sicut in Oppianici iudicio postea , retinuit atque suppressit . Omitto & hæc & alia permulta , quæ illo iudicio in Stalenum dicta sunt . Hoc dico , eandem tum fuisse P. & L. Cominiis , Equitibus Ro. honestissimis hominibus & disertis controversiam cum Staleno , quem accusabant , quæ nunc mihi est cum Actio . Comini dicebant idem quod ego dico : Stalenum ab Oppianico pecuniâ accepisse , ut iudicium corrumperet . Stalenus conciliandæ gratiæ causa se accepisse dicebat . Irridebatur hæc illius reconciliatio , & persona viri boni suscepta , sicut in statuïs inauratis , quas posuit ad Iuturnæ : quibus subscriptis Reges abs se in gratiam esse reductos . exagitabantur omnes eius fraudes atque fallaciæ : tota vita in eiusmodi ratione versata aperebatur : egestas domestica , questus forensis in medium proferebatur , nummarius interpres pacis & concordiæ non probabatur . Itaque tum Stalenus cum idem defenseret quod Actius , condemnatus est . Comini cum hoc agerent , quod nos in tota causa egimus , probauerunt . Quamobrem si Staleni damnatione , Oppianicum iudicium corrumpere voluisse : Oppianicum iudicii ad emendas sententias dedisse pecuniam , iudicatum est : cum ita constitutum sit , vt in illa culpa , aut Cluentius sit , aut Oppianicus : Cluentii nummus nullus iudicii datus velo vestigio reperitur , Oppianici pecunia post iudicium factum a iudice ablata est : potest esse dubium , quin illa damnatio Staleni , non modo non sit contra Cluentium , sed maxime nostram causam defensionemq; confirmet .

Ad Iuturnæ.

Nummariorum
interpretes,
pacis.

P.& L. Cominiis) P. Cominius Spoletinus eques Ro. Ciceronis amicus fuit, quo accusante C. Cornelii maiestatis reū Cicero defendit. In eo cōpositum dicendi gēnus & acre & expeditum fuit. Author est Cicero de Claris Oratoribus, ybi de L. Cominio nihil scribit. In statuīs **Inauratū**. inauratis) Inauratū dicimus id qđ vulgo dicunt deauratū. Actione in C. Verrem. vij. Neq; me postulare, vt quicq; contra C. Verre decerneretur in ea curia, in qua inauratā C. Verris statuā viderem. In L. Pisonem, Ne inaurata statua donarant. In lib. Tusculanarū quēstionū primo, Argui in ea delecti viti vecti petebant pellem inauratam arietis. Idē inaurati pro dītari dixit in lib. Epist. famili. vii. Moriar nū, quę tua gloria est, puto te malle a Cæsare confuli, quā inaurari. Vt inaurare non deaurare, ita contra dealbare non inalbare dicimus. Vt libro eodē. Sed amice **Dealbare**. magne noli hanc epistolam Attico ostendere. Sine eū errare, & putare me virum bonū esse, nec solere duos parietes de eadē fidelia dealbare. In Verrem actione tertia, Omnes illæ colunæ, quas dealbatas videtis. Itē, Quod si tāta pecunia colunas dealbari putassem, certe nunq; Aedilitatē petuiussem. Ad Iuturnę). i.ad ædem Iuturnę. Ea autem locutio **Ad Iuturnę**. poetis historicis & oratoribus familiaris est. Vt ad Diana Terentius in næ. Adelphis: Cicerō pro Milone ad Castoris: & in Philippica secunda ad Opis dicit. de quo dicendī genere alibi plura scribimus. Iuturna Tur- **Iuturna**. ni soror nympha est, stagnis quę fluminibusq; sonoris præsidet. Hunc illi Rex ætheris altus honore Iuppiter erepta p virginitate sacrauit. Vt scribit Virg. in lib. Aen. xij. Est autem Iuturna, vt ait Seruius, fons in talia saluberrimus prope fluuiū Numicū, cui nomen a iuuādo inditum est, qualis iuuans Turna. Quā enim omnis aqua naturaliter noxia sit exterorum corporibus: omnibus hic fons saluberrimus est. De hoc autē fonte Romam ad omnia sacrificia aqua afferri consueuerat. **Aqua f. sa-** Huic autē Romæ positā ædem hoc loco significat Cicero, ad quā sibi **crificijs.** posuit statuā Stalenus. Exagitabantur id est tanq; iacentes & latētes excitabantur atq; proferebantur. In eiusmodi ratione id est in tali modo. Egestas domestica) Nam pecuniam forfī quēstu comparatam Stalenus ita profundebat, vt ne ad necessitatē quidem sibi relinqueret, vt ante dictū est. Forensis) quem sibi ex foro turpiter faceret. In- **Interpres.** terpres sunt per quos indicitur pactio, vt sequestres apud **Sequester.** quos deponitur pecunia. Author est Asconius, qui idē scribit (vt illud addamus) emissarios vocari conciliatores atq; internuncios furorum eorum quę a magistratibus committuntur. Quā ita constitutum sit) Conitabat Ciceroni cum aduersario iudicium corruptum, igitur a Clientio vel ab Oppianico, vt ante dictum est. Reperitur reperiat & postea ablata sit legendum videtur, vt particula quum repetatur. A iudice) id est a Staleno, vt ante dictū est. Incusionem) id est vt vulgo dicunt, inquisitionem. Multitudinis) id est vulgi.

F. SYLVIVS IN ORAT. CICER.

Ergo adhuc Iunii iudicium video esse eiusmodi, ut incursum potius seditionis, vim multitudinis, imperum tribunitium, quam iudicium appellandum putem. Quod si quis illud iudicium appelleret, tamen hoc confiteatur necesse est, nullo modo illam mulctam, quae a Junio petita sit, cum Cluentii causa posse coniungi. Illud igitur Iunianum per vim factum est: Bulbi, & Popili, & Guttæ, contra Cluentium non est: Staleni etiam pro Cluentio. Videamus ecquod aliud iudicium, quod pro Cluentio sit, proferre possimus. Dixit ne tandem causam C. Fidiculanus Falcula, qui Oppianicum condemnarat: cum praesertim id quod fuit in illo iudicio inuidiosissimum, post paucos dies ex subsortitione sedisset, dixit, & bis quidem dixit. In summam enim L. Quintius inuidiam concionibus eum quotidianis, seditionis & turbulentis adduxerat. uno iudicio mulcta est ab eo petita, sicut ab Junio: q. non suæ Decuriæ munere, neq; ex lege sedisset. Paulò sedatiore tempore est accusatus quam Junius, sed eadē fere lege & crimen. quia nulla in iudicio sedatio, neq; vis, neq; turba verata est: prima actione facillime est absolutus. Non numerō hanc absolutionem. nihil minus enim potest, ut illam mulctam non cōmiserit, accepisse tamen ob rem iudicandam captam nusquam Stalenus eadem lege dixit. propriū crimen illud questionis eius non fuit. Fidiculanus quid fecisse dicebatur: accepisse a Cluétio HS.CCC. cuius erat ordinis: Senatorii. qua lege in eo genere a Senatore ratio repeti solet de pecuniis repetundis, ea lege accusatus, honestissime absolutus.

Ergo adhuc Cōclusio specialis est, p. quā repetit ea prēiudicia nō esse cōtra Cluentium, partim pro eo esse. Nullo modo illā multā) Idē ante-

Subsortitione.

dixit Cicero.i.hoc nō esse iudicū:aut si qd iudicū putet,id cū Cluētij causa non esse coniunctū. C.Fidiculanus Falcula)Cicero in actione ī Verrē secunda de corruptis iudicijs verba faciēs,Inuēti sunt,inquit,Senatores,q C.Verre Piētore Urbano sortiēte,exirēt in eum reū,quē incognita causa cōdemnarunt.C.Fidiculanum Falculā significari Asco nius tradit,qui ad complēdam Oppianici damnationē dicebatur esse suppositus:Cluentio autē suppositus videbatur.In qua sententia Cicero est pro A.Cęcinna,Is enim de hoc Falcula scribēs,Meminerant,inquit,omnes quantū ī Albiano iudicio accepisset . In eū quid dicā, nisi id quod negare nō possit/venisse in cōsiliū publicē questionis/quā enim cōsiliū iudex nō esset,& in eo consilio quā causam non audisset,& potestas esset ampliandi,dixisse sibi liquere,dum incognita re iudicare voluisset,maluisse condēnare q absolueret:quā si vno minus dānarent,cōdemnari teus non posset,non ad cognoscendā causā,sed ad explendā dānationē p̄festo fuisse.Vtrū grauius aliquid ī quenq̄ dici potest,q ad hominem condemnandū,quem nunq̄ vidisset,neq̄ audisset,adductū p̄recio esse?An certius quicq̄ obiisci potest, q̄ quod is,cui obiisci,sine nutu quidē infirmare conatur.Hoc loco cause suę seruēs Cicero cōtrariū dicit.Paulo post dicit Cicero errare eū q̄ authoritatē suā ī iudicitalib⁹ orationib⁹ cōsignatā se habere putat.Licet oratori ī causis diuersis diuersa dicere. Dixit ne tandem causam) Authore Quint.lib.s.interrogam⁹ etiā quod negari nō possit.Dixit ne tandem causam C.Fidiculanus Falcula! Post paucos dies)q̄ facta erat subsor titio.s.Nā intelligendū nō est,post paucos dies q̄ ab accusatore & patrō dīcte sunt oratiōes.Nā repente eo ipso die de Oppianico pronūciatū est.Hoc fortasse cōiungendū est cū superiore.Id quod fuit in illo iudicio īuidiosissimū paucos dies post,quod videlicet L.Quint⁹ abiit Tribunatu. Sedisset),i.iudicasset,qua in te hoc loco sedere sep̄ dicit.

Vno iudicio),i.priore causa. Suę decuriae),i.sui ordīnis iudicum, vt Decuriae actione ī Verrē tertia.Cui nū ego vi populi & hominū clamore atq̄ iudicum. cōiicio restitūsem,ex hac decuria nostra, cuius mihi copiā q̄ largissime factā oportebat,erepta esset facultas,eorū,quos esse adnūerat. Quo in loco decuriā pro iudicū ordine dici Asconius author est.In eadē te Suetonius dicit ī vita Cæsaris Augusti,Ad tres iudicū decurias quartā adiecit.Idē ī vita Caligule,Vt leuior labor iudicatib⁹ foret,ad quatuor priores quintā decuriā addidit. Prima actione)Eiusdē causę multas aliquādo actiones esse ante diximus. Illā multā id est culpam ob quā multa exigatur.Id quod sequitur pro eo quod p̄cedit, Captain nū q̄)Locū hūc emēdate scriptū nō esse opus nō est vt admoneā.Quid aut si ita legas? Accepisse tñob rē iudicandā pecuniā accusat⁹ est. Questionis ei⁹)Staleni.Nā de maiestate Staleni quēstio cōstituta erat. Senatorij)Tū eū soli Senatores,vt dixim⁹,iudicabāt.De Fidiculano illa

F. SYLVIVS IN ORAT.CIC.

Cicero dicit per ironiam pro A.Cecinna, Senator Po.Ro. splendor ordinis decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquae religionis Fiducia. Lex Cinciana Falcula. Qua lege Lege Cincia cauebatur ne quis ob orandam causam aut iudicandam donum munusve acciperet, de qua lege scribimus in Catonem Maiorem. Hac lege Fidiculanus accusatus absolutus est.

Acta est enim causa more maiorum, sine vita, sine metu, sine periculo: dicta & exposita & demonstrata sunt omnia. Adducti iudices sunt, non modo potuisse honeste ab eo reum condemnari, qui non perpetuo sedisset: sed, si aliud iudex nihil scisset, nisi quae praeiudicia de eo facta esse Rumuscum constarent, audire praeterea nihil debuisse. Tum etiam illos auctoritatem pati, qui imperitorum hominum rumusculos auctoritatem illum absoluerunt, iam suam clementiam laudari magnopere nolebant. a quibus si qui quereret, sedissent ne iudices in C. Fabritium sedisse se dicerent. si interrogarentur, num quo criminis esset accusatus, praeterquam qui sibi de veneno eius, quod quæsumum Habito diceretur: negarentur. re iudicata fortasse legendum. si deinde essent rogati, quid iudicassent: condemnasse se dicerent. nemo enim absoluimus. Eodem modo quæsumum esset de Scamandro, certe idem respondissent. tametsi illa vna sententia est absolutus: sed illam vnam nemo tum istorum suam dici vellet. Vter igitur facilius sua sententiae rationem redderet: Is ne, qui & sibi & rei iudicat consenserit dicit: an ille, qui se in principem maleficium lenem, in adiutorem eius & conscientios vehementissimum esse respondit? Quorum ego de sententia non debeo disputare. neque enim dubito quin ii tales viri suspitione aliqua perculsi repentina, de statu suo declinarent. Quare eorum, qui absoluierunt misericordiam non reprehendo: eorum, qui in iudicando superiora iudicia secuti sunt sua sponte, non Scamandri fraude, constantiam comprobo: eorum vero, qui sibi

non liquere dixerunt, sapientiam laudo: qui absoluere eum, Non liquet, quem nocentissimum cognorat, & quem ipsi bis iam ante condemnarant, nullo modo poterant, condemnare, cum tanta consilii infamia, & tam atrocis rei suspicio esset iniusta, paulo posterius, patefacta re, maluerunt. Ac ne ex facto solum sapientes illos iudicetis: sed etiam ex hominibus ipsis, quod si fecerint, rectissime ac sapientissime factum probetis. Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior? iure peritior? fide, religione, officio, diligentior aut sanctior commemorari potest: non absolutus. Quis Q. Considio constanter? quis iudiciorum atque eius dignitatis, que in iudiciis publicis versari debet, peritior? quis virtute, consilio, auctoritate praestantior? ne is quidem absolutus.

Dicta a Fidiculani patrono, quis ab Iunio reo ne cōsurgere quidem licuerit. Exposita, i. narrata. Demonstrata, i. probata, id est attēte auditā eius defensio est. Qui nō perpetuo sedisset, i. qui accusationem & defensionē totā nō audisset. De eo reo. Tū etiā illi quinq̄ Honestius Oppianicū a Fidiculano dānatū, q̄ a quinq̄ iudicib⁹ abiolutū pbat, redetq̄ meliore ratione Fidiculanus cur dānauerit, q̄ illi quinq̄ cur absoluuerint. Imperitorū hoīm, i. vulgi. Rumusculos aucupati i. ex rumore & clemētiae suæ & misericordie gloriolā captantes. Iam suā clemētiā Hos quinq̄ in Fidiculani causa sedisse significat. Quælitū Habitato, i. paratu cōtra Cluentiū. Rei iudicat̄, i. duob⁹ iudiciis. De statu suo, i. de animi constantia. Superiora iudicia, i. de Scāmandro & Fābritio pr̄iudicia, id est qui Oppianicū dānauerūt. Sua sponte, i. equo & moderato animo, nō irritato nec concitato. Consilii, i. iudicū. Eſſet iniecta. Iniecta infamia & suspicio pro eo quod est facta & suscepta dicuntur. vt iniectus timor pro L. Murena dicitur, Quibus reb⁹ qui timor bonis omnibus iniectus sit, quātaq̄ desperatio Reip. si ille factus esset, nolite a me cōmoneri velle. Inicere ignem, pro eo quod est imponere idē dicit in L. Pisonē. Quū in Palatio mea domus ardebat, nō casu aliquo, sed ignib⁹ iniectis. Tā atrocis rei, vt reus innocēs iudicio opprimetur. Paulo posteri⁹ re ampliata. Sapientes illos, aut qui nō liquere dixerunt, aut etiā eos qui dānauerunt. Ex hominibus ipsis, id est ex ipsis animis & virtutibus. Hominem enim esse animū qui sit in corpore putauit Cicero, vt amplius in Catonem Maiorem scribimus.

F. SYLVIVS IN ORAT. CICER.

Longū est de singulorum virtute ita dicere. quæ quia cognita sunt ab omnibus, verborū ornamenta non quæ sunt. Qualis vir M.Iuuétius Pedo fuit ex vetere illa iudicium disciplina qualis L.Caulius Mergus? M.Basilius? C. Caudinus? qui omnes in iudiciis publicis iam tum florente Rep.floruerūt. Ex eodē numero L.Cassius, Cn.Neuius parī & integritate & prudentia: quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus, atq; ex his omnibus natu minimus, ingenio & religione par iis, quos antea commemo-
raui, P.Saturius in eadem sententia fuit. O innocentia Oppianici singularē: quo in reo, qui absoluīt, ambitiosus: qui distulit, cautus: qui condēnauit, constās existimatur. Hac rūm agitatē Quintio, neq; in concione, neq; in iudicio demonstrata sunt: neq; enim ipse dīcī patiebatur: nec per multitudinem concitatam consistere cuiq; in dicendo licebat. Itaq; ipse, postq; Iunium peruerit, causam totam reliquit. Paucis enim diebus illis & ipse priuatus est factus & hominum studia deferuisse intelligebat. Quod si per quos dies Iunium accusauit, Fidiculanum accusare voluisset, respondendi Fidiculano potestas facta non esset. Ac primo quidem, omnibus illis iudicib; qui Oppianicum conde-
mnarent, minabatur. iam insolentiam noratis hominis, noratis animos eius ac spiritus Tribunitios. Quod erat odiū dii immortales: que superbia: quanta ignoratio sui: q; grauis atq; intolerabilis arrogantia: qui illud etiā ipsum acerbe tulerit, ex quo illa nata sunt omnia: nō sibi ac defensio-
ni suę condonatum esse Oppianicum.

Defer-
buisse.,

Ignoratio
sui.

Iudicium
ætas..

Quæ quia cognita sunt) Numerū pluralē p singulari ponit. Verborū ornamenta) id est laudes. Ex vetere illa iudicū cīsciplina) Hoc dicēdī genere antea vīsus est. Natu minim⁹) Ita paruū natu ne existimes, vt ēā minorē annis: xxxv, credas. Nā ante hāc ætate nulli iudicare lice-

bat. vt anno ætatis. xxx. iudicare liceret, id est quinquennio maturius
 quam solebant, Augustus Cæsar constituit, vt in eius vita Suetonius
 scribir. Religione) id est iuris iurandi integritate. O innocentia) Iro-
 nia est. Agitante) id est multitudinem concitante. In iudicio) pop.
 Ro. scilicet, quod de Iunio fuit. In dicendo) id est in Iunio defenden-
 do. Peruerit) id est oppressit & damnari fecit. Causam totam) eorū
 quos a Cluentio dñatos iactauerat, quibus omnibus minatus erat.
 Priuatus est factus) id est abiit Tribunatu. Studia) id est inuidiam ad-
 uersus iudices conflatam. Deferuisse) id est refrixisse, & vt dicunt re- Deferue-
 frigerata esse. Ut in libro de Oratore, Quātis illa clamoribus adolescē- scere.
 tuli diximus de supplicio parricidarum, quē nequaq; satīs deferuisse
 post aliquanto sentire cōpimus. Et pro M. Cælio, Multi & nostra & pa-
 trum maiorūq; memoria iudices sumimi homines & clarissimi ciues
 fuerunt, quorum quum adolescētiae cupiditates deferuerissent, eximiae
 virtutes firmata iam ætate extiterūt. Efferuēscere contrariū est, vt pro Efferuēsc-
 M. Cælio, Si cui nimium efferuisse videtur huius vel in suscipiēdīs,
 vel in gerendis inimicitiis vis ferocitas pertinacia. Refrigeratum a te.
 Cicerone quoq; dicitur actione in Ver. secunda, Ita defesa ac refriger- Refrigē-
 rata accusatione rem integrā ad M. Marcellū esse venturam. A de- ratum.
 feruēscendo autē dicitur, que vt arbitrator sola vox est, deferuere enim
 dici nō arbitrator. Idem in lib. Tusc. iiiij. Aut rogandi sunt orandi, vt
 si quam habent vlciscēdī vim, differat in tēpus aliud, dñi deferuēscat
 ira. Deferuēscere autē refrigerari significat ardore animi inuita ratio-
 ne excitatū. Potestas). i. copia. de qua voce alio loco scribimus. Inso- Insolētia.
 lentia) id est superbia supra humanū morem se eferens. Insolēs, vt ait
 No. Marcellus, impudens & audax dicitur cōsuetudine. M. Tullius ad
 Cæsare in iuriorem lib. ij. Insolens, arrogans, iactans. Ignoratio sui) Ignoratio
 Quantum bonum est nosse seipsum, tātum ignoratio sui malum est. sui.
 Authore Cic. lib. de Leg.; natura docuit, vt nosmet ipsos nosceremus.
 Cuius prēcepti tantam vim else, tantam sententiā dicit, vt ea nō ho-
 minī cupiam sed Delphico deo tribueretur. Indeq; omnē sapientiam
 nasci ostendit. Authore Platone in lib. de philosophia se ipsum igno-
 rare desipere est, se nosse sapere. Eodem authore in Protagora septem
 Græci sapientes facti cōsilio & cōmuni consensu illas Delphici Apol-
 linis templo primitias sapientiae dedicarunt, quē templo inscripte ab
 omnibus celebrantur. Nosce te ipsum: & Ne quid nimis. Apud eūdem
 in Charmide Critias, Ferme, inquit, hoc ipsum temperantia esse arbit-
 ror se ipsum cognoscere. Illiq; assentior qui prēceptū hoc tēplo Apol-
 linis ipsius inscripsit. Certe videtur hæc inscriptio tanq; dei salutatio
 quedā ad homines, qui templum ingrediūtur, loco eius, quē gaudere
 iubet &c. Ex quo illa nata sunt omnia) quae fecit aut dixit Quintius
 in concione aut in iudicio ad concitandam multitudinem. Non sibi ac

Nosce te-
 ipsum.
 Ne quid
 nimis.

F. SYLVIUS IN ORAT. CICER.

defensioni suæ cōdonatum esse Oppianicū) id est q̄ Oppianicis propter se & suam defensionem absolutus non sit. Tantum enim sibi arrogabat, vt causa sua Oppianicum absolutum iri putaret.

Perinde quasi non satis signi esse debuerit, ab omnibus eum fuisse desertū qui se ad patronū illū contulisset. Erat enim Romę summa copia patronorū, hominū eloquētissimorū atq; amplissimorū, quorum certe aliquid defendisset equitē Ro. in municipio suo nobilē, si honeste putasset eiusmodi causam posse defendi. Nō Quintius quidē, quā causam vñq̄ antea dixerat, cum annos ad quinquaginta natus esset, quis eū vñq̄ nō modo in patroni, sed in laudatoris, aut aduocati loco viderat? Qui, q̄ rostra iādū vacua, locumq; illū post aduentū L. Syllę, a tribunitia voce deserto oppresserat, multitudinēq; iam desuefactā a cōcionibus ad veteris consuetudinis similitudinē reuocauerat, id círco cuidam hominū generi paulisper iucundior fuit. atq; idē quāto in odio postea suis illis ipsiis fuit, per quos in altiore locū ascenderat, neq; iniuria. Facite enim, vt non solū mores eius & arrogātiā, sed etiā vultū atq; amictum atq; illam vñq; ad talos demissam purpuram recordemini.

Signi) id est argumenti & probationis. Ab omnibus eum fuisse desertum) id est nullum patronū bonū voluisse causam eius suscipere, vt diximus Fabritij causam ab indocto Cepasio susceptam. Quintilio authore lib. iiiij. benevolentiam aliquando captamus a perlona aduersarij patronū inter probationes causae malae posuit. Erat enim Romę) Causam Oppianici deteriorē ostendit, q̄ eques Ro. q̄ in municipio suo nobilis fuerit, eum tamen nemo ex tāta copia patronorum hominum eloquentissimorum suscipere voluit defendendum. Equitem Ro.) Oppianicum. Ex municipio) Larino. Municipes enim & coloni, ciues Romani erant. Dixerat) id est orauerat. Ad quinquaginta) id est circiter quinquaginta. Maiorem Quintii inertiam significat. Adolescentes enim accusare aut defendere incipiebant, vnde magnam sibi gloriā querebant, vt Cicero natus annos. xxiiij. aut vt aliis placet. xxvii. Sex. Rosciū parricidiū reūm defendit. L. Quintius quin-

Artios na-
tus, ad qn-
quaginta.
Defuefa-
ctus.

PRO A. CLVENTIO HABITO. LIII

quagenarius ne laudatoris quidē aut aduocati officio tū usus fuerat, quū Oppianici causam suscepit. Laudatoris Reorum laudatores aut a municipijs, aut a prouincijs, aut a socijs adhiberi solebant: qua de re scribimus ampli^o p M. Fonteio. Hique laudatores publice mittebātur cū tabulis publicis. Ea res multū valebat ad tollendā suspicionē crimi nis obiecti ab accusatore. Nā verisimile non erat hoīem tā probatū ijs quibuscum vixerit; crimen id de quo questio constituta sit admisiss. Hac quoq^o rōne iudices ad misericordiā flectebātur ei^o quē tā charum alijs videbāt, quā charitatē a virtute pficisci putabāt. Aut aduocati

Aduocatus est, ait Asconius, is q alterū in iudicio defēdēs aut ius sūgerit aut p̄sentiā suā cōmodat amico. Iandiu vacua) Annos ad septē ante Oppianici dānationē L. Sylla tribunitiā potestatē sustulerat, q̄a Patritiorum contra plebeios causam ipse tutabatur. Eodem enim fere tēpore iudicandi potestatē ab Equītibus ad Senatores trāstulit, quo & tribunitiā potestatē sustulit. Verre Pr̄etore Urbano causa Oppianici acta est. Postea Verres prouinciā Siciliā trienniū administravit. Postq de prouincia decessit, a Cicerone accusat^o est. In eius accusatione dece annis ante iudicia ad Senatū translata dicit. Potestas tribunitiā popu lo ante a Pōpeio Cos. q̄ Equitib^o iudicandi potestas a M. Aurelio Cot ta restituta est. Asconius autem in cōmentariis in Diuinationē scribit populū Ro. annis. x. tribunitiā potestate L. Sylla vīctore spoliatum fuisse: eāq^o iudiciorū desiderio efflagitatā. Senatores enim qui iudicabant, auaritiae infamia maxime flagrabāt. Post aduentū L. Syllae id ē postq a bello Mithridatico redierat, & cū C. Mario populari homie pugnauerat, eumq^o vicerat. Ad veteris cōsuetudinē similitudinem id est, ad conciones, quales haberi solebant ante potestatē tribunitiā sub latam. Reuoauerat) Significat L. Quintium fuisse ex primis Tribu nis, postq ea potestas restituta est. Sicinium, Quintium, & Palicanū: pri mos perfecisse, vt potestatē tribunitiam populo Ro. Cn. Pompeius & M. Crassus Coss. darent, author est Asconius. Quocirca conjectare li cetur hos inter primos Tribunos plebis fuisse. Cuidam hominū gene ri) id est plebi. Illis ipsis id est populo Ro. scutus suffragijs Tribunus plebis factus fuerat. Facite vt recordemini) id est recordamini, vt de Senectute, Inuitus feci, vt L. Flaminiū ejacerem e Senatu, id est inui tus eieci. Sed etiam vultum atq^o amictū) Sub oculos subiectio est, ve luti ante, Recordamini faciē, atq^o illos eius fictos simulatoq^o vultus. Et pro P. Seltio de Pisone, & Gabinio, Quorum per deos immorales, si nondum sclera, vulneraque inusta Reipub. vultis recordari, vultū atq^o in celum animis intuemini. Facilius facta eorum occurrit, mā tibus vestris, si ora ipsa, oculis vestris proposueritis. Charientis mon siue scoloma facit: qua figura fit festiuā dictio. Atq^o illā vsc^o ad talos) Authore Quintiliano libro q̄nto a patronis aliquādo aduersarii vitz,

Aduocat^o

Iudicandi
potestas
equitibus
restituta.

Tribuni
tia po-
stas popu-
lo Ro. re-
stituta.

F. SYLVIVS IN ORAT.CIC.

vult⁹, ices⁹, habit⁹ recte incusari solet. Vt, inqt, aduersus Quintiū Cicero ipsam p̄textā demissam ad talos insectat⁹ est, presserat eī turbulentis concionibus Cluentiū Quíntius. Id vtile esse dicit ad conciliandū ijs, quos inuisos facere volueris, odiū. Hoc tñ loco appellat Cicero purpuram, quā Quintilianus p̄textā. Purpura vlos fuisse oratores q̄ essent adolescentes, scriptū inuenio. Cicero pro L. Flacco, Deciano accusatori auaritiam obīscens, Affers faciem nouā, nomen vetus, purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo, quod vnis vestimentis tamdiu lautus es. Significat eū p̄ter etatē purpura vti. Et pro M. Caelio, Si quem etiā minorū horū aliquid offendit, purpure genus, si amicorū cetera, si splendor, si nitor. Iam ista deferuerit, iam etas omnia, iam res, iam dies mitigarit. Quintilianus lib. II. de cultu oratoris scribens, significat purpura vti oratores. Vt purpure, inqt, recte descendat, leuis cura est. Huiusmodi p̄textā purpurā tanq̄ rem viro indignā fecit Virgilius in lib. Aeneidos nono, vt Remulus Trojanis probri loco obīceret, Vobis pīcta croco & splendentī murice vestis. Id fortasse fecit Virgilius, q̄a etate sua id turpe habebat. Vsq̄ ad talos demissam purpura. Non reprehendit q̄ toga ad talos demissa fuerit. Nā, vt ait Quintil. lib. II. togam veteres Romani ad calceos vlcq̄ demittebat, vt Græci palliū. Huiusmodi togis Ciceronē, & qui post eum fuerunt, vlos fuisse dicit. Sed illud reprehendit Cicero, q̄ purpura vlcq̄ ad talos p̄texta sit.

Purpura
oratorum

Toga ap
talos de
missa.

Is, quasi nō esset vlo modo ferendū, se ex iudicio discessisse victū, rem ab subselliis in rostra detulit. & iā querimur sepe hominibus nouis nō satis magnos in hac ciuitate esse fructus! nego vlcq̄ fuisse maiores. vbi, si qs ignobilī loco natus, ita vivat vt nobilitatis dignitatē virtute tueri posse videatur, vlcq̄ eo peruenit, quoad eū industria cum innocentia persecuta est. si quis autē hoc vno nititur, q̄ sit ignobilis, procedit sepe longius, q̄ si idē ille esset cū iisdē suis vitiis nobilissimus. vt Quintius (nihil enim dicā de ceteris) si fuisset homo nobilis, quis eū cū illa superbia atq̄ intolerantia ferre potuisset? q̄ eo loco fuit, ita tulerunt, vt si quid haberet a natura boni, prodeesse ei putaret oportere: superbia autē atq̄ arrogatiā eius deridenda magis arbitrarētur propter humilitatē hominis, q̄ perti-

mescendam. Sed, vt illuc reuertar, quo tempore Fidiculanus est absolutus: tu, qui ea iudicia facta commemoras, quero quid tum esse existimas iudicatum? certe gratis iudicasse. At condemnarat, at causam totam non audierat, at in concionibus omnibus a L. Quintio vehementer erat & saepe vexatus. Illa igitur omnia Quintiana, iniqua, falsa, turbulenta, popularia, seditiosa iudicia fuerunt.

Discessisse victimum) amissa causa scilicet. Rem ab subselliis ad rostra detulit) Forum, rostra, & subsellia pro eadem resaepe dicuntur. Nec hoc loco Cicero locorum differentiam significare videtur, sed actorum & auditorum: quod ad subsellia agant oratores, audiatur iudices: in rostris concionem habeat Trib. pl. populus audiat. Aut si locorum distinctio est, sicut certe esse videtur, rostra sunt vbi conciones ad populum, habentur, vt populo ante rostra iamdiu vacua dixit. Subsellia, vbi exercentur iudicia. vt antea, Accusabat Tribunus pl. idem in concionib, idem ad subsellia, ad iudicium non modo de concione, sed etiam cum ipsa concione veniebat, eaq; subsellia sunt gradus Aurelii, vbi antea dixit C. Iunium accusatum, & po. Ro. iudicio damnatum. Ad ea Oppianici causam actam significat. Forum triplex Romae fuisse est apud Cez. Rhodiginum. Et iam querimur) Et hoc loco particula interrogatiua est, vt apud Virg. in Buc. Et quae tanta fuit Romanam tibi causa videndi? Aut potius indignatiua, vt apud eundem in libro Aen. i. Et quisq; numen Iunonis adoret? Præterea, aut supplex aris imponat honorem? Loco) id est genere. Ut nobilitatis digni-
tatem virtute tueri dicitur is, qui ignobili loco natus nobilitatem sibi virtute paravit, quam etiam tuetur. Vsq; geo peruenit ad honores, ad magistratus scilicet. Perfecuta) id est comitata. Hoc uno) id est hac res sola q; sit ignobilis, & non q; villam habeat virtutem. Procedit saepe longius) In magistribus alsequendis vel gerendis. Intolerantia) In-
tolerantia hic dicitur passione, pro intolerabili arrogantia. Eo loco) id est ignobilis. Erat enim plebeius, nemini enim Patriotio licebat gere plebis Tribunatum. P. itaq; Clodius vt fieret Trib. pl. plebeio Fonteio se dedit adoptandum. Tu) T. Acti. Gratis) id est nulla accepta pecunia. At condemnarat) Dialogo aut altercationi similis hic locus est, vbi personam accusatoris & patroni agit Cicero. Illa igitur) Apte hoc loco complexione ysus Cicero est. ad hunc modum. Si gratis iudicasse Oppianicum Fidiculanus Iudicum sententia dictus est, ceteri qui eundem damnauerunt, gratis damnauerunt. omnium enim eadem causa est. Si omnes gratis damnauerunt, quos dannandos Quin-

Et interro-
gatiua par-
ticula.

Intoleran-
tia.

F. SYLVIVS IN ORAT. CICER.

tius curauit, iij iniuste damnati sunt. Omnia igitur Quintiana iudicia fuerunt falsa iniqua &c.

Esto, potuit esse innocens Falcula. iam ergo aliquis Oppianicum gratis condemnauit: iam non eos Iunius subfornitus est, qui pecunia accepta condemnarent: iam potuit aliquis ab initio non sedisse, & tamē Oppianicum gratis condemnasse. Verum si innocens Falcula, queso quis noscens? si hic gratis condemnauit, quis accepit? Nego rē esse ullam in quenq̄ illorum obiectam, quæ Fidiculano obiecta non sit: neq̄ aliquid fuisse in Fidiculanī causa, quod idem non esset in cæterorum. aut hoc iudicium reprehendas tu, cuius accusatio rebus iudicatis niti videbatur, necesse est. aut, si hoc verum esse concedis, Oppianicum gratis condemnatum esse fateare. q̄q satis magno arguento esse debet, quod ex tam multis iudicibus absoluto Falcula, nemo reus factus est. Quid enim mihi damnatos ambitus colligitis, alia lege, certis criminib⁹, plurimis testibus: cum primū illi ipsi debuerint potius accusari de pecuniis repetundis quam ambitus. Nam si in ambitus iudicis hoc his obfuit, cum alia lege causam dicerent: certe si propria lege huius peccati adducti essent, multo plus obfuisset. Deinde, si tanta vis fuit istius criminis, ut quae quisq; lege ex illis iudicibus reus factus esset, tamen hac plaga periret: cur in tanta multitudine accusatorum, tantis præmiis, cæteri rei facti non sunt? Hic profertur id quod iudicium appellari non oportet: P. Septimio Scæuole litem eo nomine esse æstimatam, cuius rei quæ consuetudo sit, quoniam apud homines peritissimos dico, pluribus verbis docere non debedo. Nunq̄ enim ea diligentia, quæ solet adhiberi in cæteris iudiciis, eadem reo damnato adhibita est.

Lis asti-
mata.

T adhiben-
di.

Esto) Esto est particula cōcedētis. tanq; id cōcedat Acti⁹ Ciceroni Falculā potuisse innocētē esse. Iā ergo aliquis) Nā si innocēs Falcula fuit, Oppianicū gratis cōdēnauit. In quēq; illorū q; Oppianico dānato in iudiciū vocati sunt. In quenq; illorū obiectā q; Fidiculano obiecta nō sit. Ex hoc loco attēde obijcio tibi & obijcio i te dici posse. In cetero- Obijcio tū iudiciū scilicet: q; dānato Oppianico rei facti sunt. Reb⁹ iudicatis) bi & in te, i.p̄. p̄. iudicīs. Aut hoc iudiciū) Argumētū ex remotiōe est, iudicium Fidiculani aut falsum est aut verū. Si nō falsum, verū est: si verū, Op- pianicō gratis a Fidiculano dānatus est, qđ hoc iudicio liberat⁹ sit. Ma- gno argumēto). i. magnæ pbationi. Ex tā multis iudicib⁹) qui Oppia- nicū dānauerāt. Quid eīn mihi) Quia dixit absoluto Falcula neminē ex tā multis iudicibus rēfactū esse, ne Popilium & Guttā aduersariū obijciat, eos a m̄bit⁹ alia lege dānatos dicit. Debuerint potius accusari) si eorū iudicia essent Cluētij preiudicia, repetūdarū accusari debuerūt. Marcello iurisc. lib. Digest. 4.8. ad legē Iuliā repetūdarū authore, lege Iu- lia repetūdarū tene^t, q; quū potestatē aliquā haberet, eadē iubet ne q; ob hoīem cōdēnādū absoluēdūve aliqd accipiat. Hoc). i. quod ob rem iudicādā accepissent pecuniā. Adducti), i. in iudiciū vocati. Qua q; q; lege) Ordo est. Quia lege quisq; ex illis iudicibus. Hac plaga periret). i. hoc criminē corrupti iudicij dānaretur. Tātis p̄. m̄. Accusatorib⁹ qui vīcissent lege cōstitutū fuisse prēmīū apud Asconiuū est in commē- tarijs p Milone. Id aut p̄. m̄. quartā partē bonoꝝ dānati rei arbitror. Inde quadruplatores idēscribit appellari accusatores criminū publico- rū. qđ ipsi ex dānatoꝝ bonis, quos accusauerāt, quartā ptē cōsequerent.

Hic pfertur) Quartū est hoc genus preiudiciorū ab Actio prolatoga- Id vt proximū, iudicij loco habendū nō esse Cicero ostendit. P. Septi- minio Sc̄euolę) Hic quoq; iudex Oppianicū dānauit. De hoc Cicero actio- ne in Verrā secūda, Senatores iudices corruptos cōmemorās, Quid sit, inquit, q; P. Septimio Senatores dānato Q. Hortensio Prætore de pe- cunijs repetūdis, lis æstimatora sit eo nomine, q; ille ob rē iudicādā pecu- niā accepisset. Lītē eo nomine esse æstimatora) Litem æstimare, vt ait Asconius in cōmētarijs in actionē secūdā in Verrā, est pecuniā de qua- lis fuit, & propter quā cōdēnarūs est reus, in summā redigere, quē de bo- nis eius redigāt. Lis igitur æstimatori solebat ei qui repetūdarū postula- tus esset. Quid igitur P. Septimius Sc̄euola ob rē iudicādā accepisset pe- cuniā, lis ei æstimatora est. Est aut æstimator ab ære dictū, id quod vulgo Aestima- dicūt appreliare & taxare. Authore Sex. Pōpeio æstimatora poena ab an- tiquis ab ære dicta est, qui ei æstimatorūt ære, ouē decussi, bouē cētus- si, hoc est decē & centū assibus. Apud homines peritissimos) Conci- liat sibi iudices, q; a eos ore p̄. m̄. presenti laudat. Pluribus verbis) dociles & attētos facit promittendo breuitatē. Nunq; enim ea diligentia) Tacitū te confitetur litem Sc̄euolę æstimatorā fuisse, sed quū aliæ iudicij loco

Aestima-
re item.

Aestima-
re,

F. SYLVIVS IN ORAT.CIC.

Habite non sint, haric quoq; habendā non esse ostendit. Nunq; em) Sententia est, Si quid aliud in damnatum reum dicatur, iudices ita diligentes non sunt, quam quum reus nondum damnatus est.

In lītibus æstimandis fere iudices, aut q; sibi eum quem semel condemnarunt, inimicum putant esse, si quæ in eum līs capitīs illata est, non admittunt: aut q; se perfundit⁹ functos iam esse arbitrantur, cum de reo iudicarunt, negligentius attendunt cætera. Itaque & maiestatis absoluti sunt permulti, quib; damnatis de pecuniis repetundis, lites essent æstimatae: & hoc quotidie fieri videamus, vt reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos peruenisse pecunias in lītibus æstimandis statutum sit, eos illi iudices absoluant. quod cum fit, non iudicia rescinduntur, sed hoc statuitur, æstimationem lītūm, non esse iudicium. Scæuola condemnatus est aliis criminibus, frequentissimis Apuliæ testibus: omni contentione pugnatum est, vt līs hæc capitīs æstimaretur. quæ res, si rei iudicatæ pondus habuisset, ille postea vel iisdem, vel aliis inimicis reus hac lege ipsa factus esset. Sequitur id, quod illi iudicium appellant. maiores autem nostri nunq; neque iudicium nominarunt, neque perinde vt rem iudicatam obseruarunt animaduersiōnem atque auctoritatē Censoriam. Qua de re anteq; dicerē incipio, per pauca mihi de meo officio verba facienda sunt, vt a me cum huiuscē periculī, tum cæterorum quoque officiorum & amicitiarum ratio t̄ conseruata esse videatur. Nam mihi cum viris fortibus, qui Censores proxime fuerunt, amob; bus est amicitia, cum altero vero (sicuti & plerique vestrū sciunt) magnus vsus, & summa vtriusq; officiū constituta necessitudo est.

Censoria
animad-
uersio.

T̄ confirmā-
ta esse.

Quare quicquid de subscriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, ut omnem orationem meam non de illorum facto, sed de ratione Censoria habitu existimari velim. a Lentulo autem familiari meo, qui a me proximitate sua virtute, summisque honoribus, quos a populo Romano adeptus est, honoris causa nominatur, facile hoc iudicium impetrabo, ut quam ipse adhibere consueuit in amicorum periculis fidem & diligentiam, tum vim animi, liberatemque dicendi: in hac mihi concedat, ut tantum mihi summa, quantum sine huius periculo preterire non possum.

Si qua in eum lis capit is illata est) Inferre item in aliquem est cum alii quo litore inchoare, ut pro C. Rab. Posthumo, Itaque in inferendis litibus adesse solebant, qui aliquid de se verebantur. Lis capit is id est capitalis. Illi accusatores. Qua de re anteque) Preter id exordium quod est totius orationis, multa sepe sunt in eadem oratione specialia. Authore Quintiliano libro quarto si multiplex causa est, sua quibusque partibus danda prefatio est. Ut, Audite nunc reliqua. & Transeo nunc illud. Sed in ipsis probationibus multa funguntur procemij vice, ut facit Cicero pro Cluentio dicturus contra Censores: pro Murena, quem Seruio se excusat. Verum id frequenter est, que ut exemplo confirmandum sit. De meo officio quod aduersus amicos est. Huiusc periculi in quo Cluentius versatur. Inde reum periclitari apud Quintilianum licet non semel inuenire. Cum viris fortibus) Cn. Lentulo & L. Gellio. Qui proxime Censores fuerunt. M. Aquilius & T. Gutta, qui iudices damnauerunt Oppianicum, triennio amplius a Censoribus notati sunt. Nomen enim Celorum triste fenerique populus Romanus, sic oderat, ut intermissa esset Censura per plurimos annos, quam Cicero in Divinatione a populo exposci dicit ob infamiam iudicium corruptorum, quam ante recusabat. Author est Asconius. Verris causam amplius triennium post Oppianicum damnatum acta fuisse ante diximus. Qui proxime Censores fuerunt) id est qui fuerunt proximi Censores ante eos qui tum erant, quem Cluentii causa ageretur. Cum altero) Cn. Lentulo. Magnus virus id est magna consuetudo & familiaritas. De subscriptionibus id est de animaduersioribus Hoc loco subscriptiones in ea re sepe dicit Cicero, quod in tabulas publicas Censores referebant eos quos notassent, quae tabule in aede Nymphaeum asserabantur, ut diximus. Honoris causa nominatur) De honestissimo homine aut amicissimo id dici solitu scriptorio loco. Honestissimum hominem) Lentulum significat, quem dixit pro proximitate sua virtute,

Inferre litore

M. Aquilius.
T. Gutta.Subscribe
re.

F. SYLVII IN ORA T.CIC.

summisq; honoribus. Sūmus honos Consulatus est. Magistratuū gerēdōrum ille ordo erat, AEdilitas, Praetura, Consulatus, Censura. Hic igitur Lētulus ante Censuram gessit Consulatum. In amīcorum periculis id est defendendo amīcos. Orator enim fuit. Libertatem dicendi) vt libere dīceret, etiam contra amīcos, vt fidē patrocinii seruaret. Huius Clientij,

A me tamen, vt æquum est, omnia caute pedentimq; dīcentur, vt neque fides huius defensionis relicta, neque cuiusq; aut dignitas lēsa, aut amīctia violata esse videatur. Vīdeo igitur Iudices, animaduertisse Cenfōres in iudices quosdā illius consilii Iuniani, cū istā ipsam causam subscriberēt. Hic primū illud cōmune proponam. nunq; animaduersionib; Censorib; hāc ciuitatē ita contentā. vt rebus iudicatis fuisse. neq; in re nota consumam tempus exēplis. ponā illud vnu, C. Getam cū a L. Metello, & Cn. Censura nō Domitio Censorib; ex Senatu electus esset, Cenfōrem habet vim ipsum postea esse factum : & cuius mores a Censorib; erant reprehensi, hunc postea & populi Rom. & eorum, qui in ipsum animaduerterant, morib; præfuisse. Q; si illud iudicium puraretur, vt cæteri turpi iudicio damnati in perpetuum omni honore ac dignitate priuantur : sic hominib; ignominia notatis, neq; ad ad honorē aditus, neq; in curiam reditus esset. Nunc si quē Cn. Lentuli, aut L. Gelliū libertus furti condemnarit, is omnibus ornamenti amissis nūq; ullam honestatis suæ partem recuperabit. Quos autē ipse L. Gellius, & Cn. Lentulus duo Cenfōres clarissimi viri sapientissimiq; homines, furti, & captarum pecuniarum nomine notauerunt, non modo in Senatum redierunt, sed etiam ipsarum rerum iudiciis absoluti sunt. Nemine m voluerunt maiores nostri non modo de existimatione cuiusq;, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset,

Caute pedetentimq; vt actione in Verrē secūda. Quę tamē a me pēde tentim cauteq; dicentur, vt amicitię nostrę & dignitatis illius habita ratio esse intelligatur. Necq; in re nota) Quintilianus libro quinto author est, in rebus apertis argumētari tam stultum esse, q; in clarissimum solem mortale lumen īferre de eo ante diximus. C. Getam) Hoc exemplū est etiam apud Valerium Maximum libro secundo de nota Censoria, qui idē de M. Valerio Messala scribit. Ex Senatu electus esset) Eiicere e Senatu sepe Cicero dicit, vt in Catone Maiore, Inuitus quidē feci, vt fortissimi vi ri T. Flaminii fratre L. Flaminii & Senatu eiicerem. Mouere Senatu alii dicunt sepius, vulgus deponere de Senatu. Censorē factū) Nā facere magistratus solet dicere Cicero, quod Valerius & T. Liuius creare, vulgus elige re & reficere, quod alii cōtinuare, de quo alio loco plura. Ceteri turpi iudicio damnati) Prēter eos qui de ambitu damnati sunt, qui si quē aliū ambitus accusauerint & vicerint, ī integrū: vt ante dictū est, restituūtur. Turpi iudicio) vt furti, cedis, repetundarū, maiestatis, quod famosum ī libris Pandectarū sepe appellatur. Turpe em̄ iudicū nō erat, quū quis de re pecunaria aut hereditate, aut alia eiusdē generis damnabatur. In perpetuū) Nisi ab exilio reuocati erāt. Honore) id est magistratu. Dignitate) id est Senatu) Ignominia notatis) a Censoribus. Nunc si quē) inter iudicium & notā Censoriā longe interesse ostendit. Nā si quis ab humiliore turpi iudicio damnatus sit, omnia dignitatis oruamēta amittat: si quis a Cēlorib; clarissimis viris atq; sapientissimis notatus sit, ea ornamēta nō amittit. Capitā pecuniarū) ob rē iudicādā. Non modo in Senatū redierūt) Videtur Cicero ī ea esse sentētia vt Lētulus & Gellius fuerint Cēsores ii qui duos iudices notauerint, qui Oppianicū damnauerint. Id si ita est, intelligēdū est hanc animaduerſionē suisle anteq; Gutta de ambitu dānaretur, aut postq; ipse dānatus aliū ambitus accusauerit, viceritq; ideo restitutus ī integrū sit. In Senatū redierūt) Anteq; notati essent Aquilius & Gutta, Senato res erāt. Tū em̄, vt diximus, soli Senatores iudicabāt. Notati aut e Senatu electi sunt. Nā vt ait Asconiⁱ ī cōmētariis ī Diuinationē Ciceronis, Regēdīs moribus ciuitatis Cēsores quinto quoq; anno creari solebant. Hi ciues sic notabāt, vt qui Senator esset, e Senatu moueretur: qui eques R. publicū equū perderet: qui plebeius, ī ceritū tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc nō esset ī albo centurię suę, scilicet ad hoc vt esset ciuis, sed tantūmodo, vt pro capite suo tributi nomine æra penderet. Iudiciis ipsarū rerū) id est quę de captis pecuniis essent. De existimatione cuiusq;) id est in turpi iudicio. Ibi em̄ de existimatione rei agitur. Nā qui dānatur, infamia adipiscitur perpetuam. Nisi qui inter acuersarios conuenisset.) Facta iudicū sortitione accusator & reus quos volebant reliciebāt, quorum ī locum subsortitio fiebat vt diximus. Itaq; nemo erat iudex, nisi inter accusatorem & reum conuenisset. Ita non fiebat ī Censorum animaduerſionib; s: he igitur, vt iudicia, habende nonsunt.

Eiicere
Senatu.
Mouere
Senatu.
Facere &
creare ma-
gistratum,

Censores:

F.S Y LVI S IN ORAT.CIC.

Quapropter in omnibus legibus quibus exceptum est, de quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare, haec ignominiae causa praetermissa est. Timoris enim causam non vitæ poenam in illa potestate esse voluerunt. Itaque non solum Iudices illud ostendam, quod iam videtis, populi Romani suffragiis saepenumero Censorias subscriptiones esse deletas: verum etiam iudiciis eorum qui iurati statuere maiore cum religione & diligentia debuerunt. Primum Iudices Senatores Equitesq; Rom. in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias cepisse subscriptum est, suæ potius religioni, q; Censorum opinioni paruerunt. Deinde Prætores Urbani, qui iurati debent optimum quæq; in selectos Iudices referre, nunq; sibi ad eam rem Censoriam ignominiam impedimento esse oportere dixerunt: Censores denique ipsi saepenumero superiorum Censorum iudiciis (si ista iudicia appellari vultis) non steterunt. atque etiam ipsi inter se Censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, vt alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat: vt alter de Senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignu exstimer: vt alter in ærarios referri aut tribu moueri iubeat, alter vetet.

Quapropter in omnibus legibus) Præterea hoc loco aptius quam quapropter legeretur. Alia enim causa est, cur Censoræ animaduersiones iudicij loco habenda non sint. In omnibus legibus quibus exceptum est &c.) Aliquæ nonnq; interueniunt cause, cut nō liceat aut accusare, aut iudicem esse, aut magistratum gere. Haec autem cause in iure ciuili prescripte sunt. vt libro Digestorum tertio de postulando, & de his qui notantur in famia, permulta huiusmodi cause traditæ sunt. In huiusmodi causis animaduersionem Censoriam esse Cicero negat. Magistratum capere id est gerendum suscipere, & vt dicunt, acceptare, vt pro lege Manilia, Quid tam

singulare, quām vt ex S. C. legib⁹ solutus, Cōsul ante fieret, q̄ vllū aliū magistratum, per leges capere licuisset? Et pro Cn. Planc⁹, Q[uod] multo etiā minus est ferend⁹, tum enim magistratum nō gerebat is qui ceperat. Mandare magistratum pro eo quod est dare vel offerre vſitate dicitur. De quo alio loco dicemus. Timoris enim causam id est vt ignominiam tis merent: itaq; a turpitudine auocarentur. Potestate) Censoria. Vt ante po testatem tribunitiam appellauit. Populi Ro.suffragiis) C. Geta qui a Censoribus notatus fuerat, Pop. Ro.suffragiis Censor factus est. Iudi ciis eorum qui iurati) que iudicia suffragiis populi iniurati habenda sunt grauiora. Senatores equites (q) Quum per annos plurimos ante Oppia, nisi damnationē potestas Censoria, vt diximus, intermissa fuerit, hoc intelligend⁹ est factum, postq; lege Aurelia Senatoribus & equitibus Ro.po testas iudicandi data est. Suæ religioni) que ex iure iurando profecta est.

Qui iurati) Pr̄tor Urbanus quum feligeret iudices, qui sortituri erant, iuratus erat, vt hoc loco significat Cicero. Cn. Pōpeii Col. solū delegisse iudices in causa Milonis, Idē Cicero testis est. Quā vero facta erat iudicū sortitio, omnes in leges iurabant, pr̄ter Pr̄torē. Pr̄torē autem iurare mot⁹ nō fuisse Cicero significat actione in Verrem secunda. Quum enim, vt aīt, Pr̄torū designatorum sortitio fieret M. Metello obtigit, vt de causa Verris quereret eo iudice quām Pr̄tore hanc rem transfigi, & iurato suam q̄ iniurato aliorum tabellas cōmittere se malle dicit. Id enarrat Asconius Nam quum iudex sit Metellus, tabellam iudicariam iuratus accipit: quā Pr̄tor fuerit, & nō iurauerit, quia nō est iuris, in potestate habebit omnes tabellas omnīū iudicū. Pr̄tor igitur quā feligit iudices, iuratus est: quum p̄fess⁹ iudicio & iudicū tabellis, iuratus non est. Ad eā rē) id est ad optimum quenq; in selectos iudices refertēdum. Impedimentū esse oportere) Nam si iudicī loco haberetur Censoria animaduersio, notatos homines in selectos iudices referri non oporteret. Censores deniq; ipsi &c.) id est proximi Censores superiorum Censorum iudicia non probauerunt. Eos em̄ restituerunt, quos alii notauerant. Authore Asconio Censorum notā loco celsores plerunq; soluebant. Iudiciis non s̄teterunt) id est iudicia non seruauerunt. vt stare re iudicata, cōuentis promissis dicimus. Pro L. Flacco, Re iudicata stari ostendit placere. Libro de Officijs tertio, Multa, quae hos iusta natura videtur esse, tēporibus fiunt non honesta. Facere promissa, cōio & re iusta contūtis, reddere deposita cōmutata vtilitate fiunt non honesta. Idē dicata, libro primo, iam illis promissis nō standi esse quis non videt, que coactus Stare cōuenit: quis metu, aut deceptus dolo promiserit. Alter alterius) Pr̄ter id quod tis p̄missis, hoc loco dicit Cicero illud animaduertendum est Claudiū Neronē & Li. Cl. Nero. uiū Salinatorē, quā Censores equitū centurias recenserent, se inuicē no Liuīus Salinatore: Salinatorē Claudio, quia populi iudicio ante Consulatum & Censu linator, ram damnatus fuerat: Neronē Liuīus, quod non sincera fide feci in gratiam redisset, notauerunt. Idem Salinator quatuor & triginta tribus in

C. Geta.
Pr̄tor in
iuratus.

F. SYLVIVS IN ORAT.

ærarios retulit, quod quum se damnassent, postea Consulē & Censorē fecerint. Author est Valerius Maximus lib. ii. titulo de nota Censoria. Ordine amplissimo id est Senatu. In ærarios id est inter ærarios, quod eodem loco id est Valerius dicit. Salinator, inquit, quatuor atq. xxx. tribus inter ærarios referre non dubitauit. In ærarios relati dicebatur ii qui æte multitatio damnati erat, qui tñ ex ærariis eximebatur, quum satisficerat, aut aliqua ratione hac ignominia leuabatur. Tribu moueri id est in albo Ceteri sue non esse. De quo animaduersionis genere ex Asconii sententiâ ante dixim.

In ærarios
relati.
Ex ærariis
eximere:

Quare qui vobis in mentem venit, hæc appellare iudicia: que a populo R. rescinduntur, ab iuratis iudicibus repudiari, a magistratibus negligi, ab iis qui eandem potestatem adepti sunt, commutari, inter collegas discrepare videatis? Quæ cum ita sint, videamus quid tamdem Censors de illo iudicio corrupto iudicasse dicantur. Ac primum illud statuamus: utrum quia Censores subscripterint, ita sit: an quia ita fuerit, illi subscripterint. Si ideo quia subscripterint, videte quid agatis: ne in uniuersaque nostru Censoribus in posterum potestatē regiā permittatis: ne subscriptio Censoria non minus calamitatis ciuibus, q̄ illa acerbissima proscriptio possit afferre: ne Censorium stilū, cuius mucronem multis remediis maiores nostri retuderūt, que posthac atq; illum dictatoriū gladium pertimescamus. Sīn aut̄ quod subscriptum est, quia verū est, idcirco graue debet esse, hoc queramus, verum sit an falsum. remoueant auctoritates Censorię: tollat id ex causa, quod in causa non est. doce quā pecuniā Cluētius dederit, vnde dederit, quēadmodū dederit, vnu deniq; aliquid a Cluentio profectę pecunię vestigium ostēde. vince deinde virū bonū fuisse Oppianicū hominē integrū, nihil de illo vnu secus esse existimatū, nihil deniq; p̄judicatū: tū auctoritatē Censorū amplexato, tū illorum iudiciū cū re coiunctū esse defendito. Dū vero eum fuisse Oppianicū constabit, qui ta-

Subscriptio
Proscriptio

bulas publicas municipii sui corrupisse iudicatus sit. qui testamētū interleuerit. qui supposita persona falsum testa mētū ob-signādū curarit. q̄ eū, cuius nomine id ob-signatū est, interficerit, q̄ auūculū filiū sui in seruitute ac vinculis necarit. qui municipes suos proscribēdos, occidēdosq; cu rarit. qui eius vxorē quē occiderat in matrimoniu duxerit.

Oppianici
scelera.

Que a po. Ro. rescindi per enumerationē cōclusio specialis est. Discrepare) Discrepare hoc loco impsonale est, vt cōtrariū eius, cōuenire. alioqui sepius personale est. vt pro Cn. Plancō. Neq; ego nūc legis iniq;itatē queror, sed factū tuū a sentētia legis doceo discrepare. Inde discrepantiā Cicero dixit in primo de O. fīcijs. In actiones omnēq; vitā nullā discrepātiā conferre debemus. Que quū ita sint) Rem satis notā iudicibus satis īa probasse sibi visus est. Qz illa acerbissima proscriptio L. Sylla proscriptiōne intelligit. Censoriū (stylum) id est Cēsoriā subscriptionē. Cēsores ēmī stylō in ceratis tabulis scribēhāt. Dictatorium) id est Sylla Dictatoris. Graue debet esse) id est debet valere. Vincē) id est ostēde & obtine. Nihil de illo vñq; &c.) q̄ vir bonus & homo integer esset. Amplexator) Amplexato legendum est authore Prisciano. Is ēmī libr. 8. multa verba deponentia enumerans, que apud veteres in o exibant. Amplexo, inquit, pro amplexor. Q. Claudio in secūdo Annaliū. Cōprehēsare suos quisq; seruire, amplexare. Cicero pro Cluentio, Authoritatē Censoriū amplexato. Amplexo quoq; pro amplexor, & cōplexo pro cōplexor. Hēc ille. Cū te) id est cum facto. Dū vero eū fuisse Oppianici cōstatbit) Improbissimū hominem & nequissimū fuisse atq; nocentissimū Oppianicum ostēdit, breuiterq; & per enumerationē repetit Oppianici crimina, que ante exposuit, vt turba magis valeat. Nā si que per se infirma sunt, colligēda Quintil. lib. v. praeципit; vt turba valeat, quāto plus valebūt collecta ea que per se firma sunt. Tabulas publicas) Cēsoriā. Municipij sui Larinī. Iudicatus sit) a Decurionibus. Qui testamētū Dineq; socrus sue. Supposita persona) Aiusiij, qui se Aisiū mētiebatur. Qui eū Aisiū. Auūculā filiū sui) M. Auriū fratrē Magiē, ex qua Oppianicus filiū suscepit. Municipes suos) quatuoruitros, & tres Atrios, & C. Viriū Larinates. Eius vxorē) Saliā A. Auriū Melini vxorē. In matrimoniu duxerit) Ducere in matrimonium dixit, Dūcere in matrimoniū, in vxorē & vxorē. Dicebat patrē ita obsecraturū, vt liceret sibi hanc in vxorē ducere. Bono animo es, duces vxorem hāc. In matrimonio habere saepe dicit Cicero pro. P. Quintio, P. Quintij consobrinā habet in matrimonio Neuius. Actione in Verrem quinta, Vestitus tuus affinis, cuius sororem habes in matrimonio. Pro A. Cecinna, Is habuit in matrimonio Cesenniam.

Discrepat;

Discrepātiā

Amplexo,

matrimoniū, in vxorē & vxorē. Haberi in matrimonio.

F. SYLVII IN ORAT.CIC.

†abortione
 †vxores Qui pecuniam pro † potione dederit, qui secrū, qui vxo-
 rem: qui vno tempore fratrī vxorem, speratosq; liberos,
 fratremq; ipsum, qui deniq; suos liberos interficerit: qui
 cum venenum priuigno suo quereret, manifesto sit depre-
 hensus: cuius ministris cōsciisq; damnatis ipse adductus
 in iudicium pecuniam iudici dederit ad sententias iudicū
 corrumpendas. dum haec inquam de Oppianico consta-
 bunt, nec villo arguento Cluentianæ pecuniæ crimen
 tenebitur: quid est, quod te ista Censoria siue volūtas, siue
 opinio fuit, adiuuare aut hunc innocentē opprimere posse
 videatur? Quid igitur Censores secuti sunt: ne ipsi quidē
 ut grauissime dicam, quicq; aliud dicent, præter sermonē
 atque famam. nihil se testibus, nihil tabulis, nihil graui
 aliquo arguento comperisse, nihil denique causa co-
 gnita statuisse dicent. Quod si ita fecissent, tamen id non
 ita fixum esse deberet ut conuelli non liceret. Non ut
 exemplorum copia, quæ summa est, non rem veterē, non
 hominēm potentem aliquem aut gratiosum proferam.
 Nuper hominēm tenuē Scribā Aedilitū D. Matriniū
 cum defendissem apud M. Iunīū, Q. Publicū Prætores,
 & M. Pletorium, C. Flaminiū Aediles Curules, per-
 suasi ut Scribam iurati legerent eum, quem iūdem isti
 Censores ætrarium reliquissent. cum enim in homine
 nulla culpa reperiatur, quid ille meruisset, non quid de
 eo statutum esset, querendum esse duxerunt. Nam hec
 quidem, quæ de iudicio corrupto subscripterint, quis est,
 qui ab illis fatis cognita & diligenter iudicata arbitre-
 tur? in M. Aquilium & in T. Guttam video esse subscri-
 ptum. quid est hoc? duos esse corruptos solos pecunia
 dicant: cæteri videlicet gratis condemnarunt. Non est

igitur circuentus, non est oppressus pecunia: non ut illæ Quintianæ conciones habebantur, omnes qui Oppianum condemnauerūt, in culpa sunt ac suspitione ponendi.

Pecuniam proportione dederit) vxori Cn. Magi pregnati. Pro abortione non proportione lego in codice S. Victoris, Socru Dineam Magi matre per L. Clodium circuforaneum medicum necata. Qui vxorem) Clientia Clientij amita. Vxores non vxore lego in codice S. Victoris. Quae lectio videtur emendatior. Nam Oppianicum in vxoribus necandis exercitatum dixit. Vxorem speratosque liberos id est vxorem grauidam. Fratremque ipsum) C. Oppianicum. Suos liberos id est duos filios, alterum Pappia, alterum Nouia natos: quos ut sibi nuberet Sasia necauit. Priuigno) Ciuitatio. Ministris conscientiisq; Scamadro & Fabritio. Iudici Staleno. Argumento id est iudicio & probatione. Grauissime). i. verissime. Nihil causa cognita statuisse). i. nec causam cognouisse nec statuisse. Qd si ita fecisset) Aliquando fingimus aliquid donare aduersario, ut ad proxima gradum faciamus. Potentem aliquem aut gratiosum) Hoc dicit vt D. Matrinus, qui a Censoribus notatus fuerat, non potentia aliqua aut gratia lectus scriba esse videatur. Tenuem id est pauperem. Scribam Aedibus, Ictium) Aediles Curules habuisse scribas, de quo scribarum ordine scribimus in Commentariis in quartam Ciceronis Inuectivam in Catilinam. Aediles Curules) Aedilibus iudicandi potestas fuit. Hinc in libro Digestorum uno & viceximo titulus est de Aedilitio edicto. Ut Scribam iurati legerent) Significat D. Matrinus a Censoribus notatum, de Scribano ordine electum fuisse, sequi persuasiisse, ut eum iterum legerent, nisi illud, Nuper hominem tenuem Scribam Aedilitum &c. intelligere mauis, ut tum Scriba Aedilitas fuerit, quum hanc Clientij causam Cicero ageret, non quum Matrinum defenderet. Idem isti Censors) Lentulus & Gellius. Aerarium reliquissent) id est in aerarios retulissent. Nam plebeius erat. Nam huc quidem) Nam id est praeterea, in qua significatione persæpe a Cicerone dicitur. Donatus exponens illud ex prologo Adelphorum, Nam q; isti dicunt malevoli. Nam, inquit, incipiendi vim habet modo: ut, Nam ego haec machæram meam dico. Et in Hecyra, Nam senex rusabdidit se. Plautus in Milite, Nam meus conseruus est homo ut magni precij. Eodem Donato auctore in eadem fabulam, Enim inceptiva particula apud veteres fuit.

Cæteri) viginti iudices scilicet. Non est igitur circuentus) Nam si maximus fuit numerus eorum, qui gratis condemnarunt, circuentus innocens non fuit. In culpa sunt ac suspitione ponendi) M: Cælius in libro Epistolarum Ciceronis. viij. contra dixit ponere in gratiam, Amabo te, si quid, quod optus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. In culpa ac suspitione) in suspitione culpa,

D. Matrinus.

Nam pro
præterea.

Enim.

Ponere in
culpa & in
gratiam.

F.SYLVIVS IN ORAT.CIC.

Haud illud
afferant ali-
quid esse
quod &c.

Sortione
puniri.

Duos solos video auctoritate Censorum affines & turpitudini iudicari. aut illud afferat, aliquid esse quod de his duobus habuerint compertum , nihil de cæteris comperisse. Nam illud quidem minime probandum est, ad notationes auctoritatemque Censoriam exemplum illos a consuetudine militari transtulisse . Statuerunt enim ita maiores nostri , vt si a multis esset flagitium rei militaris admissum , sortitione in quosdam animaduerteretur : vt metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perueniret. quod idem facere Censores in delectu dignitatis , & in iudicio ciuium , & in animaduersione virorum, qui conuenit ? Nam miles qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimq; pertinuit, potest idem postea & miles esse melior & vir bonus , & ciuis utilis . quare ne in bello propter hostium metum delinqueret , amplior ei mortis & supplicii metus est a maioribus constitutus . ne autem nimium multi poenam capitum subirent, idcirco illa sortitio comparata est. Hoc tu idem facies Censor in Senatu legendos si erunt plures qui ob innocentem condemnandum pecuniā acceperint , vt non animaduertas in omnes: sed carpes vt velis: & paucos ex multis ad ignominiam sortiere : habebit igitur te sciente & vidente curia Senatorem, populus Romanus iudicem, Respub. ciuem sine ignominia quenq; , qui ad perniciem innocentis fidem suam & religionem pecunia commutavit: & qui precio adductus eripuerit patriam , fortunas , liberos ciuii innocentis , is Censoriae seueritatis nota non inuretur : si aut retines quenq; sciens in Senatu sceleri tanto contaminatum: aut statuis qui in eadem culpis sit, non eadem poena affici oportere conuenire . Et quam

conditionem supplicii maiores in bello timiditati militis propositam esse voluerunt, eandem tu in pace constitues improbitati Senatoris?

Affines) id est consicos, & vt vulgo loquuntur, culpabiles. De hoc verbo scribimus in Inuestiuas. Compertum de cæteris) Legendum arbitror, compertum, nihil in cæteris comperisse. Illos) Cœsores. Flagitium rei militaris) Quamvis multasint rei militaris flagitia, hoc tamen loco inteligit, quum milites hostium metu abieciis armis ex prælio effugiunt. Miltū ex a-
Quorum illa apud Romanos veteres poena fuit, vt qui fugissent, in decu-
cie fugientiū
rias diuiderentur, ex quibus sortitione singuli deligerentur, in quos vlti-
mo supplicio in oculis exercit⁹ animaduerteretur, vt ait Plutarchus in vi-
ta M. Crassi. De hoc more nūc Cicero intelligit. Si igitur dicat Aetius illo
more a Cœsorib⁹ in indices numarios animaduersum fuisse, quod ex. xxii.
qui damnauerunt Oppianicum duo a Censoribus notati sint, hoc mini-
me probandum esse ostendit Cicero. Sortitione) etiam sortito aduerbiū
dicit in Verrem actione quarta, Syracusis lex est de religiōe, quæ in annos
singulos Iouis sacerdotem sortito capi iubeat. Et sortitu pro domo sua, Si Sortitione
etiam pluribus de tebus uno sortitu retulisti. In quosdam id est in deci- sortito &
mum quenq. In delectu dignitatis) id est in legendō Senatu. Cœsorum sortitu,
enim erat legere Senatū, & Senatu eicere, Senatus principem cōstituere.

Nam miles qui locum) Hūc morem in exercitu vtilem, in ciuitate per-
niciendum esse ostendit. Et miles esse melior) In hac rem est illud prouera-
bitum, Vir fugiens & denuo pugnabit. De quo apud Erasmus est. Am-
plior ei mortis & supplicii metus) Nā sibi quisque metuit, ne sorte punia-
tur, vt apud Virgilium in libro Aen. secundo, Sinon dicit Eurypilum va-
tem tenacissime Sagittine querēdos teditus, animaq; litādū Argolica, vulgi
quæ vox vt venit ad aures, Obstupuere animi, gelidasq; pet irma cucur-
rit Ossa tremor, cui fata parēt, quem poscat Apollo. Si carpes) id est si ad
ignominia ex maiore numero eliges. Fortunas) Callistratus Iuris. libro
Digest. xlviij. de bonis damnatoris scribit supplicii damnatione bona publica
ri, quū aut vita adimitur, aut ciuitas, aut seruiliis cōditio irrogatur. Is no-
ta nō inuretur) Tu nota inureris, & tibi nota inuritur dici potest. Pro P.
Sylla, Nequa generi & nomini suo nota nefariæ turpitudinis inuratur.
De hoc dicendi genere plura scribimus in Inuestiuas. Tu es perfectus mo-
ribus.) Apollrophe est ad Cœsorem. Veteris) id est bonę. Qui in ea-
dem culpa sit) In libro de Officiis primo, Cicero cauedum esse ait, ne iisdē
de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem timiditatis. Timidi-
tati militis) A timido timiditatē dici atēde, vt pro Milone, Quantæ in-
periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates. Quantum timidus a ti-
mente, tantum timiditas a timore distat.

Timiditas.

F.S YLVIUS IN ORAT:

Qz si hoc exemplum ex re militari ad animaduēsionem Censoriam transferendum fuit, sortitione id ipsum factum esse oportuit: sin autem sortiri ad pœnam atq; hominum delictum fortunæ iudicio committere minime Censorium est, certe in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam & turpitudinem non oportet.

*
Ventus pos. Verum omnes intelligimus in istis subscriptionibus
pularis. ventum quendam popularem esse quæsitum. Iactata res
erat in concione a Tribuno seditioso: incognita cau-
sa probatum illud erat. multitudini illicitum est con-
tradicere. nemo deniq; vt defenderet contrariam par-
tem laborabat, in inuidiam porro magnam illa iudicia
venerant. etenim paucis postea mensibus alia vehemens
erat in iudiciis ex notatione tabularum inuidia versa-
ta. prætermitti a Censoribus & negligi macula iudicio-
rum posse non videbatur. homines quos cæteris virtutis
atq; omni dedecore infameis videbant, eos hac quoq;
subscriptione notare voluerunt: & eo magis, q; illo
ipso tempore, illis Censoribus erant iudicia cum eque-
stri ordine communicata vt viderentur per hominum
idoneorum ignominiam sua auctoritate illa iudicia
cum equestri ordine reprehendisse. Qz si hanc apud eos
ipsos Censores mihi aut illi causam agere licuisset, ho-
minibus tali prudentia certe probauisset (res enim
indicat) nihil ipsos habuisse cogniti, nihil competi
ex tota ipsa subscriptione: rumorem quendam & plau-
sum popularem esse quæsitum. Nam in L. Popilium,
qui Oppianicum condemnarat, subscriptis L. Gellius,
q; is pecuniā accepisset, quo innocentem condemnaret.

Iam id ipsum quantæ diuinationis est, scire innocentem fuisse reum, quem fortasse nunq̄ viderat? Cum homines sapientissimi iudices (vt nihil dicam de iis, qui condemnarunt) causa cognita sibi dixerint, non liquere.

Non lique-
re.

Quod si hoc exemplum) Sententia est, Si hoc exemplum ex re militari ad animaduersiōnem Censoriam transferendum fuit, id fortitione a Censoribus factum oportuit. sed Censorum nō est ad ciuium improborū poenam sortiri. Huius igitur animaduersiōnis rationem ad Censores trāfēri non oportuit. Est autem argumentum ex contrarijs. Fortunæ iudicio id est sortitioni. Veri omnes intelligimus) Quod duo iudices tam notati fuerunt a Censoribus, non fuit factū ad imitationē consuetus dñis militaris; sed Censores popularem quēdā plausum petentes, quia vi debant persuasum populo iudices ob rem iudicādam accepisse pecuniam, Aquilium & Guttam quos ceteris vitijs, atq̄ omni dedecore infames vi debant, eos notauerunt. Ventū quēdā popularē id est fauorē, iactantiam, gloriā populi. De hoc verbo ante diximus. Quesitū) Quæterere colligere petere ventū aut plausum aut rumorem popularē dicimus. vt paulo post, Ex tota ipsa subscriptione rumorē quēdam & plausum popularē esse quē sitū. Et antea, Omnes rumorū & concionum ventos colligere confueset. Quintilianus libro quarto, Et huius velut præstigia plausum petat. A Tribuno) L. Quintio. Incognita) id est indefensa. Probatum) & ideo creditum. Multitudinē illicitū est credere) Locus hic asterisco notandus non erat, si scriptus fuisset, vt in codicibus alijs, hoc modo, Multitudini illictū erat contradicere. Contrariam partē id est partem iudicū. Illa iudicia) id est illi iudices, qui Oppianicū damnarunt. Iudicia pro iudicibus, vt seruitia pro seruitiis, custodias pro custodijs, operas pro opificibus dicimus. Paucis post mensibus) Hoc intelligi arbitror de causa C. Junij. Ea enim quī ageretur, C. Verres Pr̄etor Utbanus pro testimonio dixit, in Iuniano iudicio adulteratas fuisse tabulas suas, in quib⁹ suppositi essent iudices ad corruptā sententiā ferendā, quā causam ante non audissent, vt ante diximus ex Asconij sententia. Illis Censoribus Casus datius est nō ablatius. Nondum enim ordini Equestri restituta erat iudicādi potestas.

Iudicia) id est Censoriæ animaduersiones. Idoneorū id est indignorum. Idoneus enim hoc loco in malam rē dicitur. vt in Andria Teretij, Adeon videmur vobis idonei, in quib⁹ illudatis. Illa iudicia) quibus damnatus Oppianicus est. Nam in L. Popiliū Nā inceptiua particula est. In L. Popiliū subscriptis) Vt animaduertere in aliquē, ita subscribere in aliquē dicimus. Quantē diuinationis est) diuinationem rerum quoq̄ præteriorum esse attendendum est. Viderat) L. Gellius scilicet. Quū homi-

Quætre-
ventum.

Iudicia pro-
iudicibus.

Idoneus in
malam rē.
Subscribere
in aliquem.
Diuinatio
rerū etiā p-
teritarū.

F.S Y L V I V S IN ORAT.

(nis sapientissimi) Argumentum a' maiore ad minus est. Nam si iudicces qui causam Oppianici audiuerunt, eum innocentem non putauerūt, multo id minus putare debuit L. Gellius, qui eum fortasse nunq̄ viderat. Causa cognita id est auditis accusatione & defensione.

Verum esto condemnat Popilium Cælius, iudicat accepisse a Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus. nam Popilium, q̄ erat libertini filius, in Senatum non legit, locum quidem Senatorium iudicis & cætera ornamenta reliquit, & eum omni ignominia liberat. quod cum facit, iudicat eius sententia gratis esse Oppianicum condemnatum. & eundem Popilium postea Lentulus in ambitus iudicio pro testimonio diligentissime laudat. Quare si neq; L. Gellii iudicio stetit Lentulus, neq; Lentuli existimatio contentus fuit Gellius, & si vterq; Censor Censoris opinione standum non putauit, quid est quāobrem quisq; nostrum Censorias subscriptiones omnes fixas & in perpetuum ratas putet esse oportere? At in ipsum Habitum animaduerterunt. nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitiū, sed erratū. Neq; em̄ hoc homine sanctior, neq; probior, neq; in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisq; potest, neq; illi aliter dicunt: sed eandem illam famam iudicij corrupti securi sunt. neq; ipsi secus existimant, q̄ nos existimari volumus de huius pudore, integritate, virtute: sed putarunt pretermitti accusatore non potuisse, cum animaduersum est P. Aphrica set in iudices. Qua de re tota si vnum factum ex omni auctoritate protulero, plura nō dicā. Nō em̄ mihi exemplū summi & clarissimi viri P. Aphricani prætere undum videtur, qui cū esset Censor & in equitum censu C. Līcinius sacerdos prodūisset, clara voce vt omnis concio audire

Viciūm.
Erratum.

P. Aphrica
ni factum
nobile.

PRO A. CLVENTIO HABITO. LXIII

posset, dixit se scire illum verbis conceptis peierasse. *Si Conceptis i
quis contra dicere vellet, vñrum esse eū suo testimonio.* <sup>verbispeie,
rare.</sup>

deinde cum contra nemo diceret, iussit equum traducere.

Verum esto Id condonare videtur aduersario, vt sibi ad proxima gra-
dū faciat. Et erat Libertini filius) Libertini sunt qui ex iusta seruitute Libertini
manumissi sunt, vt est in libro Institutionū Iustiniani primo. Appi⁹ Clau- ^{eoñg filij}
dius Césor Libertinorū filios in Senatū legit. Hocfacto Senatorius ordo in Senatū
Inquinatus videbatur. Ob hāc infamē atq; inuidiosam Senatus lectionem lecti.
C. Plautius Appi⁹ Collega se Censura abdicavit. Césores proximi Senatū
extēplo citauerūt eo ordine, quo Censores ante Appi⁹ & Plauti⁹ fecerūt.
Author est T. Lívius libro. 9. Libertinotū filij indigni Senatu habebātur
si qui per imprudentiam lecti fuerant, eos Censores ē Senatu ejsciebant.
L itaq; Popili⁹ Cn. Léutilus Césor e Senatu eiecit, q̄a Libertini filius erat,
non quia ob rē iudicandā pecunia acceperat. In Senatū nō legit) Is autē
proximis Censoribus lectus fuerat. Locum quidē Senatoriū ludis) locus
in theatro Senatoribus designatus erat, q̄x Orchestra dicebatur. Et cęs Orchestra
terā ornamenta) Senatorū ornamenta erant latuſclavius, & lunatus cal³ Senatorum
ceus, quo alij quoq; nobiles vtebantur. Dion Cassius in vita Traiani Sena- ^{ornamēta.}
tore impingi solitum dicit illa forma, vt esset senior in tunica & prætexta
purpurea cum corona. Eius Popili⁹. Existimatione) Nam gratis eum
condemnasse Lentulus existimabat. Non dicam vitium sed erratum) Erratum &
Erratum minus q̄ vitii esse significat, vt Actione in Verrē. & minus esse vitium.
significat q̄ facinus, Mirum omnibus videri Diodorum reum, hominem
quietissimum ab omni non modo facinore, verū minimi errati suspitione
remotissimum. Id enim erratum est, quod consulto admissum non est. Illi)
Censores. Accusatorem) Cluentium, cuius nomine Oppianicum P.
Cannutius accusavit. P. Africani) Minoris. Verbis conceptis peierasse).
Quaedam verborum formula erat, quam cōcipiebant, id est exprimebant
iū qui iurabant. Inde factū est, vt dicatur, verbis conceptis iurare, vt contra Conceptis
verbis conceptis peierare. quū quis quid ex illa verborū formula iurando verbis iu-
ratur aut trasmittit ne iureiurando obligatus esse videatur. Cicero in rare.
libro de Officijs tertio, Quod, inquit, ex animi tui sentētia iuraueris, sicut
verbis concipitur more nostro, id non facere per iurum est. Quibus verbis
significat in iureiurando oportere adesse & animi sententiam, & verborū
conceptionē. Iuliū equū traducere) Nā Equiti Ro, equus publicus ad me Traducere
batur, quū a Censoribus notabatur. Quum C. Liciniū Sacerdotē accusate equum.
nullus vellet, tū Scipio, Traduc equū, inquit, Sacerdos, & lucifac Censoriā
notā, ne ego in tua persona & acculatōris, & testis, & Césoris & iudicis ptes
egille videar. Author est Valerius libro. 4. titulo de animi moderatione.

F. SYLVIUS IN ORAT.

Hoc autem exemplo ostendit Cicero Censorum iudicio statim oportere, quum ne suo quidem iudicio P. Scipio Censor steterit. Quintilianus lib. v de probatione, quae exemplo fit, scribens, Contrario, inquit, exemplo Censoriam notam Cicero euertit, laudando Censem Africanum, qui cum que peierasse conceptis verbis palam dixisset, testimonium etiam pollicitus, si quis contradiceret, nullo accusante traducere equum passus esset.

Itaque is cuius arbitrio & populus Ro. & exteræ gentes contentæ esse consueuerunt, ipse sua conscientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. Quod si hoc Habitum facere licuisset, facile illis ipsis iudicibus & falsa suspicioni & inuidiae populariter excitatae restituisse. Vnum etiam est, quod me maxime conturbat, cui loco Elogium. respondere posse vix videor, quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnatii patris, hominis honestissimi videlicet & sapientissimi, idcirco se exheredasse filium, quod is ad Oppianici damnationem pecuniam accepisset. De cuius hominis levitate & inconstantia plura non dicam. hoc testamentum ipsum quod recitas, eiusmodi est ut ille cum eum filium exheredaret, quem oderat, ei filio coheredes homines alienissimos coniungeret, quem diligebat. Sed tu Acti consideres censeo diligenter, utrum Censorium iudicium graue velis esse, an Egnati. si Egnatii, leue est quod Censores de ceteris subscripterunt: ipsum enim Cn. Egnatum, quem tu grauem esse vis ex Senatu eiecerunt. Sin autem Censorium, hunc Egnatii, quem pater Censoria subscriptione exheredauit, Censores in Senatu, cum patrem eiicerent, retinuerunt. At enim Senatus uniuersus iudicauit illud corruptum esse iudicium. Quomodo suscepit causam, an potuit rem delatam eiusmodi repudiare: cum Tribunus pleb. populo concitato rem pene ad manus reuocasset: cum vir optimus & ho-

mo innocentissimus pecunia circunuentus esse diceretur, cum inuidia flagraret ordo Senatorius, potuit nihil discerni: potuit illa concitatio multitudinis sine summo periculo Reipub. repudiari? At quid est decretum: q̄ iuste? q̄ sapienter? q̄ diligenter? SI QVI SVNT, QVORVM OPERA FACTVM SIT, VT IVDICIVM PVBLICVM CORRVMPERETVR. Vtrum videtur senatus id factum iudicare: an si factum sit, moleste grauiterque ferre? Si ipse A. Cluentius sententiam de iudiciis rogaretur, alium non diceret atque ii dixerunt, quorum sententiis Cluentium condemnatum esse dicitis.

Is cuius arbitrio) Scipionis arbitrio quātū etiā exterē gētes cōtentē sint, vnicū hic scribā exēplū, quo id agnoscas facilius. Masinissa Numidiae Rex trib⁹ filiis regnū cōmune reliquit, idq; eos Scipionis arbitrio diuidere iussit, vt est apd T. Liuiū lib. q̄nquagesimo. Si hoc Habitō facere licuisset), i. si licuisset Scipioni facere Habitō, qđ C. Līcinio fecit. Illis ipsis iudicibus). i. quū tā graues & severi iudices essent. Vnu etiā est, qđ me maxime cōturbat) Ironia est, qua sepe in refutādo vti licet, quū argumenta aduersarii, quæ leuia sunt, dicimus grauiora. Elos giū), i. testificationē, de quo vocabulo scribimus in cōmetariis in Cato nē Maiorē. Hominis honestissimi) Ironia est. Alienissimos) i. neq; cognatos, neq; affines, neq; necessarios. Sed tu Acti) Quinti: lib. 5. de refutatione (ribes artificis esse dicit inuenire in actione aduersarij quæ inter semetipsa pugnant, aut pugnare videātur. Id hoc loco facit Cicero. Nā vt ait idē Quintilianus, quid tam videri potest cōtra Cluentiū, quā Censoria nota: Quid tā contra eundē, q̄ filium ab Egnatio corrupti iudicij, quo Cluentius Oppianicū circūuenisset, crimine exheredast? At hæc Cicero pugnare ostēdit. Sed tu Acti cōsideres diligēter &c. Quē tu grauē esse vis, e Senatu eiecerūt) Ideo immerito eiecerūt. Eiecerūt) apud Quintilianū lego eieciſſent. Retinuerūt) qui tamen eiiciēdus erat. At eīm Senatus) Urgat quod Actius dixit Senati deferēte populo Ro. causam suscepisse Senatus, q̄ consultū fecisse. Ad manus) a. ad cōcertationē. Inuidia flagraret) ob corruptū iudiciū. Si q̄ sunt) Sunt verba Senatus consulti. Si ipse A. Cluentius) Argumentum a Sententiā fictione est. Aliam non diceret) dicere sententiam & ferre differunt, dicere & Nam iudex fert, Senator dicit. Aliam atq; id est aliam q̄ ferre.

F. SYLVIVS IN ORAT. CICER.

Sed quæro a vobis num istam legem ex isto Senatus consulo L. Lucullus Consul, homo sapientissimus tulerit: nū anno post, M. Lucullus & C. Cassius? In quos cum Consules designatos idem illud Senatus decreuerit, non tulerunt. & quod tu Habiti pecunia factum esse arguis, neq; id vllā tenuissima suspitione confirmas, factum est primo illorum æquitate & sapientia Consulum: vt id quod Senatus decreuerat ad illud inuidiae praesens incendium restinguendum, id postea preferendum ad populum non arbitrarentur. ipse deinde populus Ro. qui L. Quintii Tribuni pl. fictis querimoniis antea concitatus, rem illam & rogationem flagitarat, idem C. Iunii filii pueri paruuli lachrymis commotus, maximo clamore & concursu totam illam legem & questionem repudiauit. Ex quo intelligi potuit id, quod saepe dictum est: vt mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari: sic & populum Ro. sua sponte esse pacatum, hominum seditionum vocibus ut violentissimis tempestatibus concitari. Est etiam reliqua permagna auctoritas, quam ego turpiter pene præterui: mea enim esse dicitur. Recitauit ex oratione nescio qua Actius, quam meam esse dicebat, cohortationem quandam iudicium ad honeste iudicandum, & commemorationem tum illorum iudiciorum, quæ probata non essent, tum illius ipsius iudicii Iuniani: perinde quasi ego no ab initio huius defensionis dixerim, inuidiosum illud fuisse iudicium: aut cum de infamia iudiciorum disputarem, potuerim illud, quod tam popularere esset, in illo tempore præterire.

Num istam legem? Quum atrocior res aliqua admissa fuerat, po. Ro. aut indignitate rei permotus, aut Trib. pl. cōcionibus seditionis impul-

Similitudo.
Auctori-

tas.

Sus flagitabat, vt ea de re Senatusconsultum fieret, ex quo Senatus consu
lto lex per Cōsulem ferretur. Ut pro Milone factū est. Hoc factum ad
prēsens inuidiae incendiū restiguendum dicit, quod postq̄ restīndū est,
illa lege opus nō esse Consules viderunt. In quos cū Consules) tū Cō-
sules legi oportet. Significat autē M. Lucullum & C. Cassium fuisse ex
iudicibus iis a quibus Oppianicus dānatus sit. Quod tu Habiti pecu-
nia) Consules a Cluentio accepisse pecuniam, vt ex isto S.C. legem nō
ferrent Actius dixit. Id Cicero refutat. Id quod Senatus) Quiū postea
dicat, id postea preferendū alterū id superuacaneū est. Id aliquādō facit
Cicerō, ne præparata oratio videatur. Rem illā & rogationē). i. Sena-
tus consultū & legē. Quæstionē) id est causam. Ut inare quod sua na-
tura) Eadem est similitudo apud T. Livium lib. xxviī in oratione P.
Scipionis ad milites. Multitudo omnis, inquit, sicut natura maris per
se immobilis: vt vēti & auræ cīent, ita aut trāquillū, aut pcellē in vo-
bis sunt, & causa atq̄ origo oīs furoris penes authores est, vos conta-
gione insanistis. Est etiā reliqua) Artificiosum est, vt quum quid alio
loco dici potest, q̄ suo, cōmodius id ad eum locū reseruerimus: nosq̄ pe-
ne prētermisſile dicamus. Ea em̄ ratione auditores facimus attentos, &
rem tractamus cōmodius. Ut quū in oratore illud prēcipuum sit, vt sit
vī bonus, aut is certe h̄. beatur. Si quid in eū ab aduersario dictū sit,
quo eius existimatio ledā, id post procēmū, ante cause actionē refutā-
dum est. Id Cicero fecit in Orat. pro L. Murena, & pro P. Sylla. T. Acti
in Cluentii accusatione dixit Ciceronē in alia oratione dixisse in fu-
dicio Iuniano iudices pecuniā in accepisse etiam ab accusatore Cluen-
tio, vt Oppianicum reum dānarent. Id ex Ciceronis oratione in Ver-
tem secunda Actius recitauit. Probavit igitur ab authoritate Ciceroni
iudiciū a Cluentio corruptū. Hoc loco Cicero cōtrarium defendit.
Multū igitur de Ciceronis authoritate detrahitur. Id Cicero post exor-
dium ante cause actionem cōmode refutare non potuisset. oportebat
enim prius probari id iudicium ab Oppianico corruptū, & quanta po-
puli Ro. cōcītatio a L. Quintio facta fuerit. Hoc igitur loco id tractatur
cōmodius, quod se pene turpiter præterisse dicit. Per magna autho-
ritas) Quintil. lib. v. inter probationes ponit locum ab authoritate. si
quid videlicet ita visum est gentibus, populis, sapientibus viris, claris
ciuibus, illustribus poetis referri potest. A Ciceronis authoritate ex
Actione in Verte secunda vsus accusator fuerat. Turpiter) Turpe em̄
fuisse Ciceroni id prēterire quod ad existimationem eius pertinebat.

Ex oratione nescio qua) id legere licet in ea Actione secunda. Ad ho-
nestē iudicandum) Ne a Verre corrupti turpiter iudicarent. Quę pro-
bata non essent) id est quę bona non essent, præpterea q̄ accepta pe-
cunia facta essent. Inuidiosum) id est inuidiae plenum, quam Quin-
tius excitauerat.

Populus
mari sis
miliis.

F.SYLVIVS IN ORAT. CICER.

Ego vero si quid eiusmodi dixi, neq; cognitum commis-
moraui, neq; pro testimonio dixi: & illa oratio potius tem-
poris mei, quam iudicij & auctoritatis fuit. Cum enim ac-
cusarem & mihi initio proposuisse ut animos & popu-
li Rom. & iudicum commouerem: cumq; omneis offensi-
nes iudiciorum non ex mea opinione, sed ex hominum ru-
more proferrem: istam rem, quæ tam populariter esset

Orationū agitata, præterire non potui. Sed errat vehementer, si quis
auctorita- tibus qua- in orationib; nostris, quas in iudicij habuimus, aucto-
tenus cre- ritates nostras consignatas se habere arbitratur. Omnes
dendum. enim illæ orationes causarum & temporum sunt, non ho-
minum ipsorum ac patronorum. Nam si causæ ipsæ pro-
se loqui possent, nemo adhiberet oratorem. Nunc adhi-
bemur ut ea dicamus, non quæ nostra auctoritate con-
stituantur, sed quæ ex re ipsa causaque ducantur. Homi-

Antonius nem ingeniosum M. Antonium aiunt solitum esse dicere:
cur nō scri pserit. idcirco se nullam vñq; orationem scripsisse, vt si quid non
opus esset ab se esse dictum, posset se negare dixisse:
perinde quasi quid a nobis dictum aut actum sit, id ni-
si literis mandauerimus, hominum memoria non com-
prehendatur. Ego vero in isto genere libentius cum mul-
torum, tum hominis eloquentissimi & sapientissimi L.
Crassi auctoritatem sequor: qui cum L. Plancium defen-
deret accusante M. Bruto, homine in dicendo vehemen-
ti & callido: cum Brutus duabus recitatoribus constitu-
tis, ex duabus eius orationibus capita alterna inter se con-
traria recitanda curasset, quod in dissuassione rogatio-
nis eius, quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur,
quantum potest de auctoritate senatus derrahit: in sua-
fione legis Seruiliæ summis ornat senatum laudibus: &

multa in Equites Ro. cum ex ea oratione asperius dicta recitasset, quo animi illorum iudicium in Crassum incenderentur, aliquantum esse commotus dicitur.

Offensiones iudiciorū id est corrupta iudicia, quibus offensis populus erat. Consignatas id est certas & non mutabiles. Orationes causarū & temporū sunt) Nā oportet orationes ipsas causis & temporibus accōmodari. Hominē ingeniosum) M. Antonij Oratoris incredibilē quā M. Antodā & prope singularē & diuinā ingenij vim fuisse Cicero dicit in libro nius oratione de Oratore primo. Eodē authore de Claris Oratoribus huius erat mentor, moria summa, nulla meditationis suspicio, inparat⁹ semp aggredi ad dicēdū videbaſ. Nullā vñq̄ orationē scripsisse) In libro de Claris Oratoribus Cicero alias causas dicit, eur alij orationes suas nō scripserint. Alij enim oratores inertia nihil scripserūt. Alij nō laborauerūt vt meliores pserūt orationes suas. ingenij sui in posterū nō desiderarūt. Suā em̄ dicēdi gloriā maiorē vītu iti existimauerūt, si in existimatiū arbitriū scripta sua nō venirent. Alij putat meli⁹ dicere se posse quā scribere, quod per ingeniosis hoībus, neq̄ satis doctis pleriq̄ cōtingit. Eloquētissimi) M. Antonius & L. Crassus aetate sua fuerūt oratores maximi. Antonio alij parensē dicebant, alij anteponebāt L. Crassum. Illud quidē certe oēs ita iudicabant, neminē esse, q̄ horū alterutro patrono cuiusq̄ ingenii regreter, vt ait Cicero de Claris Oratoribus. Vbi p̄ multū ornat vtrīq̄ laudib⁹. L. Placiū C. Plancū, Quintilianus lib. & appellat. Accusante M. Bruto) M. Brutus generi suo magnū fuit dedecus, q̄ quū tanto nole esset, patrē p̄ optimū vitū habuisset & iuris peritissimū accusationem factitauit. Accusator fuit vehemēs & moleſt⁹, vt facile cerneres naturale quoddā stirpis bonū degenerauisse vitio depravatæ voluntatis. Author est Cicero de Claris Oratorib⁹. Hūc accusatōrē passim nominatū fuisse idē in lib. de Officijs secūdo dicit. Recitatoribus) i. lectoribus. Capita alterna, id est q̄ alternatim recitatēt. In dissuasione rogationis) Quū lex ferret, ne Marti⁹ Narbo colonia deduceret, ēā legē dissuasit L. Crassus. de quo, Cicero in libro de Claris Oratoribus, Voluit, inqt, adolescēs in colonia Narbonēsi cause popularis, aliqd attingere, eāq̄ coloniā, vt fecit, ipse deducere. Extat in ēā legē senior, vt ita dicā, q̄ etas illa ferebat oro. Insuasione legis Seruiliæ) L. Crassus annos. xxxiiij. nat⁹ Seruiliā legē suscit, quā Q. Seruilius Cæpionis Cōsul tulit. de qua Cicero eodē in lib. de Claris orat. Mīhi, inqt, a pueritia quasi magistra fuit illa in legē Cæpionis oro, in qua & authoritas ornatur Senatus, quo pro ordine illa dicunt: & inuidia cōcitat in iudicū & accusatōrē factionē, cōtra quorū potētiā populariter tū dicēdū fult. Multa in illa oratione grauiter, multa leniter,

L. Crassus

M. Brutus
degenerat.
uit.Narbo
Martius.

Lex Seruilia.

F. SYLVIVS IN ORAT. CICER.

multa aspere, multa facete dicta sunt. Plura etiā dicta q̄ scripta, qd ex quibusdā capitib⁹ expositis nec explicatis intelligi pot. Illorū iudi- cū).i. Equitum Romanorum, qui soli tum lege Sempronia iudicabāt,

Itaq̄ in respondendo primum exposuit vtriusq; ratio-
L Crassif nem temporis, vt oratio ex re & causa habita videretur.
cetiq. Deinde vt intelligere posset Brutus, quē hominem, & nō
solū qua eloquētia, verū etiam quo lepore & quibus face
tiis præditum laceſiſſet, tres & ipse excitauit recitatores
cum singulis libellis, quos M. Brutus pater illius accusa-
toris de iure ciuilī reliquit. Eorum initia cum recitarētur,
ea quē vobis nota esse arbitror. Forte euenit vt rurī in Pri-
uernati essemus ego & Brutus filius, fundum Priuerna-
tem flagitabat. In Albano eramus ego & Brutus filius,
Albanum poscebat. In Tyburti forte cum assediſſemus,
Tyburtem fundum requirebat. Brutū autem hominem
sapientem, q̄ filii nequitiam videret, quē prædia ei relin-
queret, testificari dicebat voluisse. q̄ si potuiffset honeste
scribere, se in balneis cum id ætatis filio fuiffe, non præ-
teriiffset. eas se tamen ab eo balneas non ex librīs patris,
sed ex tabulīs & ex censu querere. Crassus tū ita Brutum
vltus est, vt illū recitationis suę poeniteret. moleste enim
fortasse tulerat, se in his orationibus reprehensum, quas
de Repub. habuiffset: in quibus forsitan magis requiratur
constantia. Ego autem illa recitata non moleste fero. neq;
enim ab illo tempore, quod tū erat: neq; ab ea causa, quē tū
agebatur, aliena fuerunt. neq; mihi quicq; oneris suscep-
tum ista dixi, quo minus honeste hanc causam & libere
possem defendere. Qz si velim confiteri me causam A.
Cluentii nunc cognoscere, antea fuisse in illa opinione
populari, quis tandem id possit reprehendere: prefertim lu-

dices cum a vobis quoq; ipsis hoc impetrari sit æquissimum, quod ego ab initio petui & nūc peto, vt si quā huc grauiorem de illo iudicio opinionem attulisti, hanc causa perspecta atq; omni veritate cognita deponatis.

Vtriusq; temporis) quo dissuaderet legem, quæ contra coloniā Narbonē sem ferebatur, & quo suaderet legē Seruiliā. Quo lepore) In Crasso mul tum leporem fuisse Cic. in. i. de Offic. scribit, cuius orationem dicit fuisse vberiorē, nec minus facetam. Excitauit id est surgere fecit. de quo verbo alibi plura. In lib. de Oratore. iij. hanc eandē rem licet legere, vbi traditū est tātum tres veros esse Brutī libros. Pomponius vero Iuris. lib. Digest. i. de orig. iur. septem fuisse dicit. Forte euenit) id libri prīmi principium est. In Priuernate) In Priuernati legēdum esse docet Prīci. lib. vij. quemadmodum etiam legitur in lib. de Oratore secūdo.

Flagitabat) L. Crassus scilicet. Sciebat enim hoc & reliqua prēdia Brutum vendidisse quæ sibi pater reliquerat. In Tyburti ita legitur in codice S. Victoris. In Tyburti forte quum assedissemus ego & Brutus filius. Quę lectio librorū aliorum initijs cohaerentior est. Brutum autem hominem sapientem) idem de Oratore secundo, Sapiēs, inquit, homo cum primis nostræ ciuitatis norat hūc gurgitem: metuebat ne quum is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur. Testificari) id est testari, quę vox infrequens non est apud Ciceronē. De oratore secundo, Testificatur pater tibi Priuernatem fundū reliquisse. Lib. Epist. famil. iij. Hoc quicquid attigi, non feci infamandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Libro de finibus secundo, Quippe qui testificetur ne intel ligere quidem se posse vbi sit. Libro Tusculanaru questionum quarto, Hos autem, vt testificor sēpe, de sapiente querimus. Inde testificatio appellata. Vt de Claris Oratorib⁹, Seleḡ chirographa, testificationes, indicia, questiones, manifestam rem deferre diceret. Dicebat) L. Crassus.

Si potuisset honeste scribere) Nam Romano more cū parentibus filij puberes cum saceris generi non lauabantur, vt scribit Cicerō libro de Officiis primo. Cum id ætatis filio) id est cum filio pubere. Id autē ætatis pro eo quod est ea ætate, vel eius ætatis sēpe dicit Cicerō. vt in lib. Epistolarum Familiarium. vij. Ita viximus. & id ætatis iam sumus, vt omnia, quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Lib. xv. Moleste fero me Consulem tuum studium adolescentis perspexisse: te meum, quum id ætatis sim, perspicere non posse. Lib. de Oratore. i. Id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris ab horum adolescentium studiis imponitur. Actione in Verre. iiij. Homo qui & summa grauitate, & iam id ætatis, & parēs eset, oblitupuit hois improbi dicto. Acti. iiiij. Homo nefari⁹ de homine nobili, atq; id ætatis, suoq; hospite,

Testificari

Id. ætatis.

F SYLVIUS IN ORAT. CICER.

Id temp̄o virḡis suppliciū crudelissime sumeret. Id temporis pro eo quod est
eius temporis vel eo tempore itidem dicitur, de quo alibi. Non prae-
terisset) Hoc dicit, quia balneas quoq; Brutus vendidit. In quem L.
Crassus facetus est ille iocus apud Ciceronem libro de Oratore secundo,
Cum Brutus diceret se sine causa sudare: Tum Crassus, Minime mirū,
inquit, modo enim existi de balneis. Balnea locū ipsum vbi lauamur,
& balneum aquam calidam qua lauamur significat, Cornelius Cellus
Balneq & libro primo, Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis
balneum. vti. Ex tabulis & censu) Censores enim ciuium bona censentes, quæ
cuiusq; bona essent, in tabulas referebant. In quibus orationibus de
Reip. constantia requiratur magis q; in iudicitalibus. Illa recitata a
T. Actio, de actione in Verrem secunda. Quod tum erat quum accu-
sarem Verrem. Magna enim tum corruptorum iudiciorum infamia
erat. Ab ea causa) Verris. Tum enim sperabat Verres corrupto iudi-
cio se absolutum iri, q; patronus eius Q. Hortensius Consul esset deli-
gnatus, q; Q. Metellus Collega eius esset, q; M. Metellus Praetor esset
Urbanus, q; Q. Metellus eorum frater Siciliam Praetor obtineret, qui
omnes Verri fauebant.

Nunc quoniā ad omnia, quæ abs te dicta sunt T. Acti
de Oppianici damnatione, respondi, confiteare necesse est,
te opinionem multum fecelliſſe, q; exiſtimaris me causam.
A. Cluentii non facto eius, sed lege defensurum. Nam hoc
persæpe dixisti, tibi sic renūciari, me habere in animo cau-
sam hanc præſidio legis defendere. Ita ne est ab amicis vi
delicet imprudentes prodimur: & est nescio quis de his,
quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad ad-
uersarios deferat. Quisnam tibi hoc renunciauit: quis tam
improbus fuit: cui ego autem narravi: nemo vt opinor in
culpa est: sed nimirū tibi istuc lex ipsa renunciauit: sed num
tibi ita defendisse videor, vt tota in causa mentionem nul-
lam fecerim legis: nun secus hanc causam defendissem
ac si lege. Habitus teneretur: certe vt hominē confirmare
oportet, nullus est locus a me purgādi istius inuidiosi cri-
minis prætermisſus. Quid ergo est: quæret fortasse quis
piam: displicet ne mihi legum præſidio a capite pericu-

Ium propulsare? mihi vero Iudices non displiceret, sed vtor
instituto meo. In hominis honesti prudentisq; iudicio, non
solum meo consilio uti consueui, sed multum etiam eius
quem defendo & consilio & voluntati obtempero. Nam
vt haec ad me causa delata est, qui leges eas ad quas adhi-
bemur & in quibus versamur, nosse deberem, dixi Habi-
to statim, de eo qui coisset, quo quis condemnaretur, il-
lum esse liberum. teneri autem nostrum ordinem. atq; il-
le me orare & obsecrare coepit, vt ne sese lege defendere.
Cum ego quae mihi viderentur, dicerem, traduxit me ad
suam sententiam.

Nunc quoniam ad omnia) Visus est sibi Cicero satis probasse iudices
ab Oppianico non a Cluentio corruptos fuisse, & refutasse aduersarii
argumenta. Nunc eo transit, vt ostendat Cluentium, etiam si iudices
corrupisset, condemnari non oportere, q; iudicaria lege, quam primu
C. Gracchus & postea Sylla tulit, non teneatur, propterea q; sit eques
Romanus. Persepe dixisti) Si quid petat accusator, quod patrono in
defensione praescribatur, aut scire se dicat, qua ratione patronus defen-
sorus sit, id patrono irridendi accusatoris materiam præbet. Itaq; au-
thore Quintil.lib.v.defensionis permutatio reprehenditur saepe, sicut
Actius aduersus Cluentium, Aelchines aduersus Ctesiphontem, quu
ille Ciceronem ysurum lege solum, hic minime de lege dicturum De-
mosthenem queritur. Hac eadem ratione caendum est ne accusator
assumat sibi refutanda quædam, quæ patronum dicturum putet, ne
scire se dicat aduersarium hoc esse dicturu, & ita persecuturu. Is enim
patrono venustissimos de se lusus daret, quum modo, se vero nihil di-
xisse, ne tam stulte dicturum modo, bene admonitum ab aduersario,
& agere gratias, q; adiutus sit iocaretur. Lege) Sepronia de qua pau-
lo post dicetur. Ita ne est) locunde Actium irridet. Consilia) id est se-
creta. Hominem) Cluentium. Quæret fortasse quispiam) Prolepsis
est. A capite periculum) In codice S. Victoris capitinis periculum scri-
ptum est. In hominis honesti iudicio) id est in causa Cluentij. Non
solum meo) Suum hoc institutu dicit, vt non suo solum consilio vtaz-
tur, sed multum obteineret consilio voluntatis sui litigatoris. De
eo qui coisset quo quis condemnaretur) id est de eo capite legis quod est
ad eam sententiam Qui coisset quo quis damnaretur &c. Illum esse li-
berum) id est lege non teneri. Nostrum ordinem) id est Senatum. Si

F. SYLVIVS IN ORAT.CIC.

Vero Cicero nondum Senator erat, legendum est illum esse liberum,
nec teneri nostrum ordinem. Traduxit id est induxit, & ut vulgo
dicunt, traxit.

Affirmabat enim lachrymans non se cupidiorem esse ciuitatis retinendę, q̄ existimationis morem homini gessi: & tamē idcirco feci: (neq; enim id semper facere debemus) q̄ videbā per seipsum causam copiosissime sine lege posse defendi. Videbā in hac defensione, qua iam sum usus, plus dignitatis in illa, qua me hic vti noluīt, minus laboris futurum. Qz si nihil aliud esset actum, nisi vt hanc causam obtinerē, lege recitata perorasse: neq; me illa oratio comoueret, q̄ ait Actius indignū esse facinus, si Senator iudicio quenq; circunuererit, legibus eū teneri: si Eques Ro. hoc idem fecerit, non teneri. Vt tibi concedā hoc indignū esse (quod cuiusmodi sit, iam video) Tu mihi cōcedas necesse est, multo esse indignius in ea ciuitate, quæ legibus

Legū vis. teneatur, discedi a legibus. Hoc enim vinculum est huīus „ dignitatis, qua fruimur in republica. hoc fundamentum libertatis. hic fons & quietatis. mens, & animus & consilium, & sententia ciuitatis posita est in legibus. Ut corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus & nervis ac sanguine & membris vti nō potest. legum ministri magistratus: legum interpretes iudices: legum deniq; idcirco omnes servi sumus, vt liberi esse possimus. Quid est Q. Naso, cur tu in isto loco sedeas? quæ vis est, qua abs te hi iudices tali dignitate prediti coercentur? vos autem iudices quamobrem ex tanta magna multitudine ciuium, tam pauci de hominum fortunis sententiam fertis? quo iure Actius quæ voluit dixit?

Ciuitatis retinēdę quā retineret, si lege iudiciaria defenderetur. Non enim corrupti iudicii dānaretur. Existimationis. Nam si iudiciaria le-

ge defenderetur, non existimaretur non dātatus, quia innocens esset; sed tantū, quia lege non teneretur. Authore Quintiliano libro quinto, aliquando simulandum est nos quedam in iuris litigatoribus dicere, quod, inquit, Cicero facit circa legē iudicariam. Nec enim id semper. Cognoscit orator quid utile causæ sit magis quam litigator. Ideo litigatori orator nō debet semper more gerere. Quod videbā Prudenter hoc dicit Cicero, ut magis probet iudicibus ab Oppianico nō a Clue-
tio corruptū iudiciū. Plus dignitatis Nā si absoluueretur, vt causæ ibo-
nitate confisus Cicero sperabat, innocens existimaretur. Minus labo-
ris quis defendere magis laboriosum sit. Ut hanc causam obtineret
id est vt vincerem, vt secundum me lis daretur, existimatione negle-
cta. Obtinere causam pro eo quod est causa vincere, & vt vulgo dicit,
lucrari processū, sepedicitur. vt paulo post, Si obtinuerit causam Clue-
tius, sicuti vestra æquitate nisi confidimus, omnes existimabūt, id qd
erit, obtinuisse propter innocentiam. Libro Epistolarū ad Atticum. 7. de
Cn. Pompeio, Malas causas semper obtinuit, in optima cōcidit. Actio-
ne in Verre quartā, Verres caluniatores apponebat, Verres adesse iube-
bat, Verres cognoscebat, Verres iudicabat, pecunie maxime dabant: q
dabant, causas obtinebant. Amittere litem cōtra dīcimus, vt p. Roscio
Comoedo, Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut ob-
tineamus, aut amittamus. Cadere causa pro amittere litem, & vincere
causa pro obtinere causam: inde victoriam q̄ dicamus, alibi scribim⁹.

Lege recitata perorassem id est primum recitassem legē, deinde perorassem. Iudicio quenq̄ circuituenerit iudicio circumuenit non solū iu-
dex corruptus, qui innocentem cōdemnat: sed etiam, qui iudices cor-
rūpit. Teneatur id est regatur. Hoc enim vinculum est &c.) Probat
multo indignius esse a legib⁹ discedere, in ea ciuitate q̄ legib⁹ te-
neatur: ostenditq; quantū leges in ciuitate necessariae sint: sine quibus
ciuitas cōsistere non queat: sine quibus nulla sit iudiciorū equitas. Ut
corpora nostra sine mente Quintilianus libro quinto frequentem in
oratione similitudinem esse dicit, qua probabilius fit, quod intendimus.
Ut si animū dicas excolendum, similitudine vitaris terrae: qua neglecta
sentis atq; dumos, exculta fruct⁹ creat. Aut si ad curā Reip. horteris,
ostendas apes etiā formicasq; non modo muta sed etiā parua anima-
lia, in cōmune tamen laborare. Ex hoc genere dictum est illud Cicero
nisi, Ut corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege, suis partibus, vt
neruis ac sanguine & mēbris vti non potest. Suis partibus & neruis)
In codice S. Victoris & in Quintiliano lego: vt neruis, que lectio mihi
probator est. Q. Naso) Q. Nasonem Praetorem huic causæ præfuisse
significat: vt paulo post, Q. Voconium quæsitorem. Abs te coerean-
tut id est tibi pareant. His autem exemplis ostendit legem, esse velut
animam ciuitatis.

Obtinere
causam,

Amittere
litem.

Vincere &
cadere cau-
sa.

Victoria,

Q. Naso
Q. Vocon-
nius.

F. SYLVIVS IN ORAT. CIC.

Cur mihi tandem potestas dicendi datur? quid sibi autem illi scribere? quid lectores? quid cæteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt? Opinor hæc omnia lege fieri, totumque hoc iudicium (vt antea dixi) quasi mente quadam regi legis & administrari. Quid ergo est hæc quæstio sola ita gubernatur? quid M. Pletorii & C. Flaminii inter sicarios? quid C. Orchini peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilii, apud quem nunc de ambitu causa dicitur? quid reliquæ quæstiones circunspecte omnes Reipub. partes: omnia legum imperio & præscripto fieri videbitis. Siqui apud me, te T. Acti reum velit facere, clamis te lege pecuniarum repetundarum non teneri? Neque hæc tua recusatio confessio sit capte pecuniae, sed laboris, sed periculi non legitimæ declinatio. Nunc quid agatur, & quid abs te iuris constituantur, vide. Iubet lex ea, qua lege hæc quæstio constituta est, iudicem quæstionis, hoc est Q. Voconium cum istis iudicibus, qui ei obuenerint (vos appellat Iudices) querere de veneno. in quem querere infinitum est. qui cuncti fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit. Quid eadem lex statim adiungit? Recita. DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO: Eius qui coierit conuenerit? non ita est. quid ergo est? dicitur. QVI TRIBVNIM MILITVM LEGIONIBVS QVATTVR PRIMIS, QVIVE QVAESTORES, TRIBVNIPL. Deinceps omnis magistratus nominauit. QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT, Quid tum? QVI EORVM COIT COIERIT, CONVENIT CONVENERIT. QVO QVIS IUDICIO PVBLICO CONDEMNARETUR.

Tāndiu) Accusatori & reo patrono certū aliquod orādī tempus lege Horae orā
dabatur. vt authore Asconio in causa Milonis horae dux accusatori, di-
patrono tres date sint. Cic.de Claris Orat. Lege, inquit, Pōpeia ternis
horis ad dicendū datis, ad causas simillimas inter se, vel potius easdē
noui veniebamus quotidie. Quib⁹ verbis significat illas causas orandi
lege dari solitas. Idē queritur semihorā sibi tantū dari ad C. Rabirū
defendendū. Quid lictores) Pr̄etor eñ sex lictores habebat. Quid M.
Pletori⁹ Ostēdit alias quoq; causas legis quasi mēte gubernari. His aut̄
quos hic nominat causis Pr̄etores p̄fuerūt. M.Pletori⁹ fuit is q. Fō-
teium accusauit repetundarū. C.Orcini⁹ peculatus) Licebat coniucere
vt ex hoc loco, ita ex pximis, a Cicerone Pr̄etore Cluentiū defensum.
C.enim Orcini⁹ ante appellat collegā suū, quē hoc loco p̄fuisse cau-
ſe dicit. Peculatus), i.de residuis pecuniis, quo crīmīne accusatū Fau-
stum Syllā ante dixit. Quid mea de pecuniis repetundis) Apud Cice-
ronē Pr̄etorē q̄stio de pecuniis repetundis acta fuit. Ea autē quē fuerit
mihi ignotū est, nisi ea Manilii eit, qui sub finē Pr̄eturę Ciceronis ac-
cusatus est repetundarū. Que causa fuerit idē non explicat pro C.Rabi-
rio Posthumo, Accusauit, inquit, de pecuniis repetūdis, iudex sedi, Pr̄e-
tor quesui, defendi plurimos. Nunc de ambitu causa agitur) Licebat
apud diuersos iudices eodem tempore diuersas causas agi, vt ante di-
xit priuatū Staleni iudiciū agi, quū Oppianici publicū ageret. Pne-
scripto) i.vti legibus p̄scriptū est. In aliis codicibus p̄gūdīo nō p̄s-
cripto legitur. Si quid apud me) Pr̄etorē se esse significat. Est autem
argumentū a fictione vt probet Cluētii recusationē nō esse confessio-
nem. Te lege pecuniarū &c., quod neq; magistratus prouinciā admis-
traueris, neq; iudex fueris, neq; pecunie publice p̄fectus fueris.
Laboris) In defendēdo: vel negocii. Nō legitimī), i.cōtra legē. Nā lege
nō tenetur, qua ei periculū infertur. Qua lege hēc q̄stio constituta
est) Hēc eñ Cluentiī q̄stio de veneno, nō de corrupto iudicio cōsti-
tuta est. Iudicē q̄stionis) Q.Voconius huius causē quæsitor fuit.
Obuenient) i.contigerint & sortitione euenerint. Infinitū est) i.le-
ge certa persona definita nō eit. Quicūq; fecerit) Verba sunt legis Sem-
pronie qua hēc q̄stio cōstituta eit. Deq; eius capite querito) Hinc
coiedare licet, quæ formula fuerit legū earū quibus q̄stiones consti-
tuerentur. Eius qui coierit) Verba sunt Ciceronis recitantē p̄econē
interpellantis. Deinceps omnes magistratus nōminauit) Hoc dicit
Cicero, ne longū nīmis videatur, si p̄eco magistratus om̄es nōminet.

Qui eorū coit) Hoc est quo ostēdit Cicero Cluentiū hac lege non te-
neri. Nec enī magistratus nec Senator Cluētius fuit. Erat igitur lex
Sempronia dicta, quod a C.Sempronio Graccho lata sit, ad hunc fere modū.
De eius capite querito qui venenū malū fecerit, vendidit Lex Sem-
pronia, yēdiderit, emit emerit, habuit habuerit, dedit dederit. Deq; eius capite

Cicero p̄-
tor defen-
dit Cluen-
tium.

F. SYLVIUS IN ORAT.CIC.

Coirel

querito, qui Tribunii militum legionibus quatuor primis, qui ve Quæ stores, Tribuni pl. &c. Qui ve in Senatu sententiā dixit dixerit. Qui eorū coīt coierit, cōuenit conuenet it, cōsenit consenserit, falsum ve testimo niū dixit dixerit, quo quis iudicio publico condēnaretur. Coire autem dicitur iij qui cōscī sunt, & pecunia vel cōsilio impellat aut certe adiu uat iudices, vt reū condēnent, vt qui iudices corrūpunt, vt sunt seque stres & interpres, qui vere conueniūt consentiūt cum iudicibus, iijq; ex animi sententia dant fidele consilium, cuiusmodi sunt assessores.

Qui eorū: quorum: videlicet qui suprascripti sunt. quid intererit utro modo scriptū sit: et si est apertum, tamen ipsa lex docet. vbi enim omnes mortales alligat, ita loquitur,
QVI VENENVM MALVM FECIT, FECERIT.
omnes viri, mulieres, liberi, serui in iudicium vocantur. Si item de coītione voluisse, adiunxisset, qui ve coierit. Nunc ita est, **DE QVE EIVS CAPITE QVAERITO, QVI MAGISTRAT. HABVERIT, QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXERIT. QVI EO RVM COIT, COIERIT.** Num is est Cluentius: certe non est. quis ergo est Cluentius: qui tamē defendi causam suam lege nolit. Itaq; abiūcio legem, morē Cluentio gerotibī tamen Acti pauca, quæ ab huius causa se iuncta sunt, respondebo. Est enim quiddā in hac causa, quod Cluētius ad se: est aliquid, quod ego ad me putem pertinere. hic sua putat interesse, se re ipsa & gesto negocio, nō lege defendi: ego autem mea existimo interesse, me nulla in disputatione ab Actio videri esse superatū, nō enim trihī hec causa sola dicēda est: omnib⁹ hic labor meus propositus est, quicunq; hac facultate defensionis contenti esse possunt. nolo quenq; eorū, qui assūt, existimare, me, quæ de lege ab Actio dicta sunt, si reticuerim, comprobare. quamobrem Cluēti de te tibi obsequor: neq; ego legē recito, neq; hoc loco pro te dico, sed ea quæ a me desiderari arbitror, non

relinquam. Iniquum tibi videtur Acti esse, non iisdem legibus omnes teneri. Primum ut id iniquissimum esse confitear. Huiusmodi est, ut commutatis iis opus sit legibus, non ut iis quae sunt, non pareamus. Deinde quis vñq; hoc Senator accusauit, ut cum altiore gradum dignitatis, beneficio populi Ro. esset consecutus, eo se putaret durioribus legum conditionibus ut oportere. Qz multa sunt commoda quibus caremus.

Qui suprascripti sunt). i. magistratuū & Senatorū. Vtro modo) vel qui: eorū, vel qui Trib. mil. Trib. pl. Quæstorū reliquorūq; magistratuū.

Alligat lex scilicet. Loquet; ita hoc verbū usurpat, ut ante nominaz uit. Estq; metaphorā. quū rebus inanimis datur aliquis sensus. Venenū malū) C. Gracchi hēc verba sunt, ybi venenū malū dicit, vt postea Venenū malū. Sallusti. Ea quasi venenis malis imbuta corp' animūq; virilē effemiat. Id vocabulū in vtrāq; partē dici apud A. Gelliū est. Mihi tñ Acti) Quia Cluētius noluit lege defendi, ne existimationē admitteret, videt tñ Cicero maximū & certissimū huius cause patrocinii esse in hac lege, ut ea lege tacite Cluētiū defendat, callide simulat sua nō Cluētiū causa se refutare quod Actius dixit, indignū esse Senatorē aliqua lege teneri qua eques Ro. non tenetur. Quicq; illa lex iudicaria sit, qua Cluētius nō tenetur, iniquū esse ostendit a legibus discedere. Gesto negotio), i. prout gestū est negotiū, q; scilicet iudices non corruerit. Dī cēda est). i. oranda est, id est alias causas præter hanc Cluētiū acturū sū.

Labor meo) in defendēdo. s. Hæc). i. mea quæ de lege dicta sunt. i. indigneū esse equitē nō teneri lege ea qua Senator teneatur. Quæ a mede- siderari arbitror). i. quæ a me alijs, ut arbitror, desiderat, ut ego preste.

Primū ut id iniquissimum &c) Locus hic subobscurus est, ppter ea qd mēdū subesse videat. Ita em mihi videtur emēdator. Primum, ut id iniquissimum esse confitear, huiusmodi est, ut cōmutatis iis op̄ sit legib⁹, ut iis quæ sūt nō paream⁹. Ad eā sententiā) Iniquū esse dicens nō iisdē legib⁹ oēs teneri. qd tu dicens iniquissimum esse confiteor, id est cōmutare leges, & a legibus discedere. Vtrūq; fiet, si in hāc legē eq̄ster ordo includat. Altiorē gradū). i. magistratuū. Beneficio). i. suffragio. Eo se putaret duriorib⁹) Pluribus enim durioribusq; legibus magistratus q; priuati homines tenētur: horū q; illorū leuiores molestiae, & labores minores. vt paulo post dicem⁹. Qz multa sūt cōmoda) ut rei familiaris tractatio, ut amicorū familiaritas, vt ges, vt animi oblectatio, vt alia gñis eiusdē. Quib⁹ carentius nos. s. q; Senatorē Po. Ro. suffragio magistratus facti sumus.

F. SYLVIVS IN ORAT. CIC.

Qꝫ multa molesta ac difficultia , quæ subimus : atque hæc omnia tantum honoris & amplitudinis commodis compensantur. Conuerte nūc ad equestrem ordinem atqꝫ in ceteros ordines: easdem vitæ conditiones non perferēt. putant enim minus multos sibi laqueos legum & conditionum ac iudiciorum propositos esse oportere, qui in sumum locum ciuitatis aut non potuerūt ascendere, aut nō petierunt. Atqꝫ vt omittā leges alias omnes, quibus nos tenemur, ceteri aut sunt ordines liberati, hāc ipsam legē, ne quis iudicio circūueniretur, C. Gracchus tulit: eam legem pro plebe, nō in plebem tulit. Postea L. Sylla homo a populi causa remotissimus, tamen cum eius rei questio nem hac ipsa lege constitueret, qua vos hoc tempore iudicatis, populum Ro. quem ab hoc genere liberum accepit, alligare nouo questionis genere ausus non est. Quod si fieri posse existimasset, pro illo odio, quod habuit in equestrem ordinem, nihil fecisset libentius, qꝫ omnem illam acerbitatem proscripcionis suę, questus in veteres iudices, in hanc vnam questionem attulisset.

Magistratū gerere miserū est. Cicero p. L. Murena se dicit & ex aliorū miserijs, & ex suis curis laboribusqꝫ quotidianis fortunatos eos hoies saepe iudicare, qꝫ remoti a studijs ambitionis, ocii, ac tranquillitatē vitæ secuti sunt. Ide libro Tusculanarū questionū tertio in honoratos propter idipsum dicit beatiores, qꝫ homines contemnāt. eorumqꝫ vitam laudari nominatim, qui priuatū ocii negotijs publicis antetulerūt. Eiusdē illa querela est pro L. Flacco, O conditiones miseras administrandarū ciuitati & prouinciarū, in quibus diligentia plena simultatū est, negligentia vituperationū. vbi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons oīm familiaris, multorū animus iratus, iracundia occulte, blāditię aptę, venientes Praetores expectat, presentibꝫ inseruiunt, abeuntes deferunt. Idem libro Epistolarum Familiarū quinto scribit ea videri conditionē impendere legū iudiciorum temporū, vt optime

actum cum eo videtur esse, qui quam leuissima poena ab Rep. discesserit. dictum illud Pythagore a fabis abstinentia exponit. Plutarchus de libe-
ris educandis, ut magistratus gerendi non sint. Fabis, inquit, priscorum suis
fragia ferebantur, quae finem principibus attulere. Honoris & amplitudi-
nis) Authore Xenophonti libro primo de Pedia Cyri, similia corpora Im-
peratoris & priuati hominis iisdem laboribus similiter non afficiuntur. Ho-
nos enim labores Imperatoris facit leuiiores, presentim quod intelligat in
homini esse oculis quicquid faciat. Eadē hēc Xenophontis sententia apud
Ciceronem libro Tusculanarum questionum secundo est. Semper, inquit,
Africanus Socraticum Xenophontem in manib[us] habebat, cuius in pri-
mis laudabat illud quod diceret eosdem labores non esse æque graues Im-
peratori & militi, q[ui] ipse honos laborem leuorem faceret Imperatorum.

Conuerte id est veni. In cæteros ordines id est ad plebeios. Laqueos)
id est pericula, Laqueos legum appellat, ut pro Milone laqueos iudicii. Non
potuerunt quia repulsam passi sunt. Aut non petiuerunt) Multi enim
equites ordine suo, patrumq[ue] suorum contenti magistratus non petiuerunt.
ut paulo post dicet Cicero. Sunt liberati id est non tenentur. Hanc
ipsam legem) qua hæc questio constituta est. Remotissimus id est alie-
nius. Patriis enim contra plebeios Sylla fauebat. Quu[m] eius rei que-
stionem) Equites lege Sempronia iudicauerant. Equitibus iratus erat L.
Sylla: ut de iis qui iudicauerant quereretur, hac ipsa lege constituit. Ab
hoc genere liberum id est hac lege non teneri. Liber hoc genere & ab hoc
genere in eadem re dicitur. Cicero pro C. Rabirio Posthumo, Vos Sena-
tus liberos hac lege esse voluit, populus nunq[ue] alligauit. Idem in libro de
Finibus primo, Robustus animus & excelsus omni est liber cura & angore.
de Officiis libro primo, Id autem ipsum cernitur in duobus, si & solum id
quod honestum sit bonum iudices, & ab omni animi perturbatione liber
sis. Idem in Rullum in Senatu, Qui se incolumes volent, sequentur au-
thoritatem Consulis soluti a cupiditatibus, liberi a delictis. Alligare id
est obligare, obstringere, obnoxium facere. Nouo questionis genere) id est
mutata lege, ut ea populus Romanus teneretur. Quod habuit in Eque
strem ordinem) Nam Cornelijum Cinnam Equester ordo contra Syllam
aditu[us], vt ait Asconius. Habeo te odion non dicimus. Sed habeo in te odio,
vt habeo amorem in te. Cicero pro domo sua, Quam porticum pro amo-
re quem habetis in Rempubl[ica] & semper habuistis, non modo sententiis, sed
si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis. Habeo tecum odium etiam
dicere licet, ut in hac oratione, Qui poterat tum in gratiam redire cum
Oppianico Culætius, qui cum matre habebat similitates. Habere inuidiam
non dicitur eodem modo, sed passiu[us]. vt pro L. Murena, Inuidiam vero
his temporibus habere Consulatus ipse nullam potest. Et libro de Orato-
re secundo, Quum Scærus nonnulla haberet inuidiam ex eo quod Phry-
gionis Pompeii locupletis hominis bona sine testamento possederat.

Honos la-
bores facit
leuiiores.

Liber hac
re & ab hac
re.

Sylla iratus
equestri ore-
dini.

Habeo in te
odium vel
amorem, &
habeo tecum
odium.

Habere in-
uidiam.

F. SYLVII IN ORAT.CIC.

Questus in veteres iudices) id est in Equites Romanos. Quis enim Cicerio Actione in Verre secunda dicat equestrem ordinem annos prope quinquaginta continuos iudicasse, id est a Graccho ad Syllam, quo toto tempore ne tenuissimam quidem suspicionem accepte pecunie ob rem iudicadam constitutam fuisse, Velleius tamen qui alios multos clarissimos viros atque innocentissimos, tum P. Rutilium virum non aetatis suae modo, sed etiam omnium seculorum vitum optimum repetundarum lege interrogatum maximorum gemitu ciuitatis ab Equestribus damnatum fuisse scribit. T. Livius libro. lxx. hunc iniuriam fuisse Equestris ordinis dicit, propterea quod C. Marius Legatus ab iniuriis Publicanorum, qui ex Equestris ordine erant, Asia defendebat. Hec in Equites iudices Sylla queri potuisset. In veteres iudices Alij legunt in Equestris iudices. Vtrobique est eadem sententia.

L. Sylla
Equestris ordinis iuratus.
Includatur
in periculum.

Nec nunc aliud quicquam agitur, mihi credite, Iudices, & prospicite id quod prouidendum est, nisi ut Equester ordo in huiuscemodis legis periculum includatur. Neque hoc agitur ab omnibus, sed a paucis. nam illi Senatores, qui se facile tuerunt integritate & innocentia, quales (ut vere dicam) vos estis, & ceteri qui sine cupiditate vivunt, Equites ordinis Senatorio dignitate proximos, concordia coniunctissimos esse cupiunt. sed illi, qui se volunt posse omnia: neque praeterea quicquam esse aut in homine vello aut in ordine, hoc uno metu se putant Equites Romani in potestate sua redacturos, si constitutum est, ut de iis qui rem iudicarent, huiscemodi iudicia fieri possint. Vident enim auctoritatem huius ordinis confirmari, vident iudicia comprobari: hoc metu proposito, euellere se aculeum seueritatis vestrae posse confidunt. Quis enim de homine audeat paulo maioribus opibus praedito, vere & fortiter iudicare: cum videat sibi, de eo, quod coierit aut consenserit causam esse dicendam? O viros fortis Equites Romani, qui homini clarissimo ac potentissimo M. Druso Tribuno pleb., restiterunt, cum ille nihil aliud ageret, quod ut illa cuncta, quae cum erant nobilitas

tis nisi utiqz rem iudicassent, huiuscemodi questionibus tvero,
in iudicium vocarentur.

Nec nūc aliud quicq agitur.) Artificiosum est, vt ostēdat patron⁹ accusatōrē
nō solū petere id quod aperte in reū petere videtur, sed id tacite cōtra mul-
tos, aut contra Remp. peti. Vt pro Fonteio dicit Gallos ex Fōteii damna-
tione immunitatem atq libertatē sperare. Eo enim damnato nullus Pre-
tator Gallos regere seuere audebit, metuens ne concitato eorum odio repe-
tundatum accusetur. Pro C. Rabirio ostendit T. Labienum occulte pete-
re, vt quum ad arma Consules ex Senatuconsulto vocabant, nullus ci-
uium arma capiat, vt sit improbis ciuib⁹ vexandi patriam licentia ma-
ior. Pro Sex. Roscio docet accusatōres petere, vt damnato Roscio ad iudi-
ces adducantur filii proscriptorum, quorum bona vænierūt. In pericu-
lum includatur) Idem genus dicendi est libro Epistolārum ad Atticū pri-
mo, Sed quid ago pene orationem in epistolā inclusi. Ab omnibus

Senatōrib⁹. Sine cupiditate id est sine auaritia, id est qui ob rem iudi-

candam pecuniam non acceperūt. Dignitate proximos) Equites medii

inter Senatōres & plebeios erant. Ex his Senatōres a Censorib⁹ plerūq legebantur. Prēterea id est præter id quod possint. Si constitutum est)

hac lege. s. De iis qui rem iudicarent) id est qui cause iudices essent. Vt

actione in Verrem secūda, Ne tenuissima quidem suspicio accepte pecunie

ob rem iudicandam constituta sit. Nec significat iudicandi potestate. Eque

stri ordini factam, sed quemadmodum antea dixit Césoribus iudicia cum

Equestri ordine fuisse communicata, vt viderentur per hominū idoneorū

ignominiam sua authoritate illa iudicia cum Equestri ordine reprehens

disse. Ita Senatorib⁹ cum Equestri ordine communicata iudicia arbit

tror. Et quemadmodum illi Equites non erant Censores, ita hi non erāt

iudices. Huius ordinis) Equestris. Hoc metu proposito) Equitib⁹. Euel

lere se aculeum) Ab apibus facta translatio est, quibus quum auulsus acu

leus est, nō pungūt. Hoc autē dicit tanq Equitu iudicia Senatorē sequant

in ferendis sententiis, sintq Equites veuti aculeus seueritatis Senatoriq.

Seueritatis) Seueros iudices appellari, q nocēti reo nō ignoscūt. Quis)

ex Equestri ordine. s. Fortiter id est vt dicūt, audacter. Quū ille nihil

aliud ageret) Authore T. Liuio lib. lxxi. M. Liuius Drusus Trib. pl. legō tu

lit iudiciale, vt e qua parte iudicia penes Senatū & Equestre ordinē essent.

Authore Velleio lib. ii. Drusus ab Equitib⁹ ad Senatorē iudicādi potestate

trāffere conat⁹ est. Ab vtroq hoc loco dissentit Cicero. Hāc eādē sententiā

tisde ppe verbis legere licet in oratiōe pro C. Rabirio Posthumo, quē Iulia

lege de repetūdis negat teneri, quod sit Eques Ro. hortaturq Eutes ne se

teneri ea lege patiant⁹, qua Senatus eos teneri noluit. Illinc multa liceat ac

cipere ad hūc locū clarius intelligēdū. q propterea nō ascripsimus, q nimiris

multa viderent⁹, indicasse locū satisfuit. De Drusi morte scribimus p Mil.

Includere
in periculis

F. SYL VII IN ORAT.CIC.

Illa cuncta quæ tū erant nobilitatis) id est Equites qui tū soli iudicabāt
Nisi vt iqcꝫ Aut vt iqcꝫ pro vero dixit, aut vero nō vt iqcꝫ legi debet: quod
mīhi persuadēam facilius, qꝫ etiā Valla scribat vt iqcꝫ nunqꝫ fere a Cicerone
dici. Huiusmodi quæstionibꝫ id est hac lege Sempronias.

Tunc C. Flauius Fusio, Cn. Titintius, C. Mecenas, illa
robora populi Romani, cæterique huiuscemodi ordinis
non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, ut aliquid cul-
pæ suscipere se putarent, recusando: sed apertissime re-
pugnarunt, cum haec recusarent & palam fortissime atqꝫ
honestissime tñcicerent, se potuisse iudicio populi Roma-
ni in amplissimum locum peruenire, si sua studia ad ho-
nores petendos conferre voluissent. sese vidisse, in ea vita
qualis splendor inesset, quanta ornamenta, quæ dignitas:
quæ se non contempñsse, sed ordine suo patrumque suo-
rum contétos fuisse: & vitam illam tranquillam & quie-
tam, remotam a procellis inuidiarum & huiuscemodi iu-
dicatorum anfractu sequi maluisse. aut sibi ad honores pe-
tendos ætatem integrum restituí oportere: aut quoniā
id non posset, eam conditionem vitæ, quam secuti peticio-
nem reliquissent, manere. iniquum esse eos qui honorū or-
namenta propter periculorū multitudinem prætermis-
sent, populi beneficiis esse priuatos, iudicatorum nouorum
periculis non carere. Senatorem hoc queri nō posse, pro-
pterea, qꝫ ea cōditione proposita petere coepisset: qꝫqꝫ per
multa essent ornamenta, quibus eā mitigare molestiam
posset, locus, auctoritas, domi splendor, apud exteras na-
tiones nomē & gratia, toga p̄texta, sella curulis, insignia,
fasces, exercitus, imperia, prouincię. Quibus in rebus, cum
summa recte factis maiores nostri præmia, plura pecca-
tis pericula posita prodeſſe voluerunt. Illi nō hoc recusa-

Robora po-
puli Ro.
† dixerunt
Senatoria
ornamēta.

bant ea ne lege accusarentur,qua nunc Habitus accusatur:quæ tunc erat Sempronia, nunc est Cornelia. intelligebant enim ea lege Equestrem ordinem non teneri: sed ne noua lege alligaretur, laborabant. Habitus ne hoc quidem vñq̄ recusauit, quo minus vel ea lege ratione vi tæ suæ redderet,qua non teneretur. quæ si vobis conditio placet, omnes id agamus, vt hæc q̄primum in omneis ordines questio perferatur.

Dicerent) Arbitror legendum esse,dixerunt,ad hanc sententiā. Quum hi Equites etiam palam recusarent, quod agebat Drusus, fortissime & honestissime dixerunt ea quæ sequuntur: cum quibus verbum dixerunt repetendum est. Iudicio) id est suffragio, quos eñ suffragio populus Ro. facit magistratus eos dignos iudicat. In amplissimmm locum) id est ad Consulatum. In ea vita) id est in gerendo magistratu. Ordine suo) id est ordine Equestris, qui per adoptionem Senatus, vel Preturæ, vel Consulatus amittebatur. Vel ordine suo, id est vita sua statu. Vitam illam tranquillam & quietam) id est vitam priuatam, quæ sine magistratu esset. Petitione) magistratum scilicet. Ea conditione proposita) vt iudiciorum periculis non carerent. Locus, authoritas) Hęc sunt ornamenta Senatorum magistratum, quibus pericula & labores sunt leuiores. Quum summum recte factis.) In codicibus aliis scriptum est, Quū summa recte factis maiores nostri prēmia, plura peccatis pericula proposita esse voluerunt. Quæ lectio mea quidem sententia emēdator est: vt ea sententia sit, Maiores nostri voluerunt recte factis summa proposita esse prēmia, vt locum, authoritatem & cetera quæ enumerat: peccatis autem, id est non recte factis, plura pericula proposita esse voluerunt, vt accusationes, damnationes, exilia,

Illi) Pusio, Titinius Meccenas. Quæ tunc erat Sempronia) a C. Sempronio Graccho Trib. pl. lata. Leges enim appellantur a nomine familiæ, quod proxime sequitur prænomen eius qui tulerit. A quo nomine foeminas quoq̄ appellari solitas ante diximus. Vt C. Iulius Cæsar. Leges ab eo latè Iuliæ, filia eius Iulia appellata est. C. Sempronius Gracchus. Leges Semproniae, earumq; soror, quæ Scipioni nupsit. Sempronia. L. Cornelius Sylla. Leges Cornelie inde appellatae sunt. Nunc est Cornelia) vel quia eam de integro Sylla tulit, vel quod eam Sylla confirmauit, quod populum Rom. nouo quæstionis genere alligare ausus non fuerit. In omnes ordines) in Equites & in plebem. Nam si Clientium causam dicere ea lege qua non tenetur, æquum est, reliquos quoq; dicere æquum sit. Itaq; in omnes ordines questio perferatur.

Legum ap
pellatio.

F. SYLVIVS IN ORAT.

Interea quidem per deos immortales, quoniam omnia
commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legi-
bus obtinemus, a legibus non recedamus. simul & illud
quod sit indignum cogitemus, populum Ro. aliud nunc age
re: vobis Remp. & fortunas suas commisissse: sine cura
esse: non metuere, ne lege ea, quam nunquam ipse iusserrit, &
quaestione, qua se solutum liberumque esse arbitraretur,
per paucos Iudices astringatur. Agit enim sic causam T.
Actius, adolescens bonus & disertus: omnes ciues legi-
bus teneri omnibus: vos attenditis & auditis silentio,
sicut facere debetis. A. Cluentius Eques Ro. causam di-
cit ea lege, qua lege Senatores, & hic qui magistratum
habuerunt, soli tenentur. mihi per eum recusare & in ar-

Præsidia tunc
stituere int
arce legis. ce legis præsidia constituere defensionis meæ non licet.
si obtinuerit causam Cluentius (sicuti vestra æquitate
nix confidimus) omnes existimabunt, id quod erit, ob-
tinuisse propter innocentiam, quoniam ita defensus sit:
in lege autem, quam attingere noluerit, præsidii nihil
fuisse. Hic nunc est quiddam, quod ad me pertineat, de
quo ante dixi, quod ego populo Rom. prestare debeam.
quoniam is meus vita status est, ut omnis mihi cura atque
opera posita sit in omnium periculis defendendis, video
quanta & quod periculosa & quod infinita quaestio tentetur
ab accusatoribus, cum eam legem, quem in nostrum ordinem
scripta sit, in populum Ro. transferre conentur. qua in lege
est, QVI COIERIT. quod quod late pateat, videtis. CON-
VENERIT. que infinitum & incertum est. CONSEN-
SERIT. hoc vero cum infinitum, tu obscurum & occultum est.
FALSVMVE TESTIMONIVM DIXERIT.
Quis de plebe Romana testimonium dixit unquam, cui non

hoc periculum T. Actio auctore paratum esse videatis? nam dicturum quidem certe, si hoc iudicium plebi Romanae propositum sit, neminem vnamquam esse confirmo. Negocium sed hoc pollicetur omnibus, si cui forte hac lege nego, facietur. cium facietur, qui lege non teneatur, si is ut me defensore voluerit, me eius causam legis praesidio defensurum: & vel his iudicibus vel eorum si milibus facile probatum, & omni me defensione usursum esse legis: qua nunc ut utar, ab eo cuius voluntati inibi obtemperandum est, non conceditur.

Interea id est ante hunc quæstio in omnes ordines perferatur. A legibus non recedamus) Hanc quoque legem retineamus, qua Equester ordo non tenet. Quam nunquam ipse iusserit) Iubet populus quum fert sufragium. Itaque in plebiscitorum formula erat, Vellitis iubeatis &c. Senator censet, quum dicit sententiam. Adolescentes enim quærebant sibi gloriam ex accusatione, ut est in libro de Officiis secundo. Vos attenditis) T. Attium. Quoniam ita defensus sit) Non lege, sed re ipsa & gesto negocio. Is meæ vitæ status est) id est vitam ita constitui. Operaposita sit) Ut in libro de Officiis secundo, Mirenturque in eo tantum me operæ & temporis ponere. Item, Quum autem Respub. in qua omnis mea cura cogitatio opera ponit solebat, nulla esset omnino. In omnium periculis id est in omnibus reis. In nostrum ordinem) Senatorium, eorumque qui habuerunt magistratus. Quod quod late pateat) Hoc enim non ad Senatores tantum, aut eos qui habuerunt magistratus, sed ad omnes generaliter pertinet: Tum obscurum) Obscurum enim est, an is etiam qui non repugnauerit, quum quis publico iudicio condemnaretur, hac lege teneatur, quod consensisse videatur. Cui non hoc periculum) Veterem Romanorum iure lex aliquando habebat vim in ea quæ admissa erat, ante hanc lex ferretur. Ut authore Asconio M. Cælius Tribun. pleb. questus est de lege, quæ in Milonem lata videbatur: qua de vi lata, nominatim cedes in via Appia facta comprehendebatur. Hac lege Cornelius si alligetur populi Ius Romanus periculum intentatum erit ijs qui antea testimonium dixerint. Hoc iudicium id est haec quæstio, haec lex, qua teneatur. Confirmo) id est affirmo. Si cui Equiti vel piebeio scilicet. Negocium facietur) Faciliere, facere, exhibere negotium, est alterum molestia ac labore afficeret, præcipue per accusationem: ut est apud Vallam libro quinto. Iudicibus probaturum id est facturum ut iudices approbent.

Censet Senator.

Ponere operam.

Lex ad præterita oblitigat.

Faciliere negotium,

F. SYLVIVS IN ORAT.

Non enim debo dubitare Iudices , quin si qua ad vos causa huiusmodi delata sit eius , qui lege non teneatur, etiam si is inuidiosus aut multis offensus esse videatur, etiam si eum oderitis , etiam si inuiti absolururi sitis , tamē absoluatis,& religioni potius vestrae, q̄ odio pareatis.

Judici sapienti cogitada. Est enim sapientis iudicis meminisse se hominē : cogitare tantum sibi a populo Romano esse permisum , quātum commissum & creditum sit: & nō solum sibi potestatem datam, verū etiam fidem habitam esse meminisse. posse, quem oderit, absoluere : quem non oderit, condemnare. & semper non quid ipse velit , sed quid lex & religio cogat , cogitare: animaduertere qua lege reus citetur , de quo reo cognoscatur, quæ res in quæstione versetur . Cum hæc sunt videnda. tum vero illud est homitiis magni Iudices atq; sapientis , cum illam iudicandi causa tabellam sumpserit, non se putare esse solum: neq; sibi quodcumq; concupierit, licere: sed habere in consilio legem, religionē, equitatē, fidem: libidinem autem, odium, inuidiam, metū, cupiditatesq; omneis amouere: maximeq; existimare conscientiam mentis suæ, quam ab diis immortalibus accepimus, quæ a nobis diuelli non potest : quæ si optimorum consiliorum atq; factorum testis in omni vita nobis erit sine ullo metu & summa cū honestate viuemus . Hæc si T. Actius aut cognouisset aut cogitasset, profecto ne cognatus quidem esset dicere id, quod multis verbis egit: iudicem quod ei videatur, statuere, & non deuinctū legibus esse oportere. quibus de rebus mihi pro Cluentii voluntate nimirū, pro Reip. dignitate parum, pro vestra prudenter, satis dixisse video. Reliqua per pauca sunt, quæ, quia vestrae quæstionis erant, idcirco illi statuerunt sibi singe-

De officio
iudicis.

da esse & proferenda, ne omnium turpissimi reperirentur,
si in iudicium nihil praeter inuidiam attulissent.

Inuidiosus) id est inuidiae plenus. Nam passiuē dicitur. Offensus contra Inuidiosus.
dicitur non quem alij offenderūt, sed qui alios offendit, id est alijs odiosus. Offensus.
Ut in libro Epistolarum ad Atticum. xv. Hiricius se scribit vehementer
offensum esse veteranis. Religioni vestræ id est conscientiæ, quæ iureiu-
rando allegata est. Meminisse se hominem) & ideo rationi & conscientiæ
potius q̄ odio patere debere. Tantum permisum, quantum cōmissum)
Permittimus quod potestati concedimus vt liceat: committimus, quod Permittere
fidei credimus vt deceat. Vt pro C.Rabirio Posthumo, Hic iam iudices ve- & committ-
stri consilij res est, vestrae sapientiæ, quid deceat vos, non quantum liceat tere:
vobis spectare debetis. Si enim quid liceat queritis, potestis tollere e ci-
uitate quem vultis. Tabella est quæ dat potestatem: occultat eadem libi-
dinem: cuius conscientiā nihil est quod quī q̄ timeat. si non pertimescat
suam. Vbi est igitur sapientia iudicis? In hoc, vt non solum quid possit, sed
etiam quid debeat ponderet: nec quantum sibi permisum meminerit so-
lum, sed etiam quatenus commissum sit. Pro M. Fonteio, Frugi igitur ho-
minem iudices, frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum ac
temporantem, plenum pudoris, plenum officij, plenum religionis videtis
positum in veltra fide ac potestate, atq̄ ita vt cōmissus sit fidei, permisus
potestati. Actione in Verre in tertia, Incommoda sua vestris committere
legibus & iudicij, q̄ dolori suo permittere maiuerunt. Ideoq̄ subiungit,
non solum sibi potestatem datam) id est permisum, verū etiam fidem ha-
bitam, id est commissum. Iudicandi causa tabellā) Ceteratas tabellas Prae- Iudicandi.
tores iudicibus dabant, si clam iudicādi erat, in quib⁹ inscripte erāt note: mos.
A. absolutionis, C. condemnationis, N. L. ampliationis, tāq̄ sit, nō liquet.
Hę tabellæ iudicariæ appellabātur. Harum quā volebant singuli iudices in
cistam constituebant, id est ponebāt: postea Quæsitor vrnam mouehat, vt
tabellę confunderetur. Tum Prætor ex harū maiore numero cognoscebat
quæ rei conditio eslet, damnatus ne an absolutus, an causa ampliata esset.
Hęc ex Asconio. In causa Milonis has tabellas iudicib⁹ dedit Cn. Pöpeius
Is enim solus Consul erat loco Dictatoris. Nam dictaturæ nomē ob Syllæ
dictaturam po. Ro. odiosum erat. Quodei videatur) etiā si cōtra leges sit.
Reliqua perpaucā sunt) intellegit de beneficij criminib⁹, quæ paulo post
refutabit. Ea enim questionis propria sunt. Nā de his hęc quæstio cōstituta
est ea parte legis. De eius capite querito, qui venenū malum fecit fecerit,
emit emerit &c. Fingenda esse) Melius, ita legitur, q̄ quomodo in codicis
bus alijs scriptum est, fugienda non esse. Hac enim ratione falsa & ficta esse
beneficij crimina significat, vt paulo post probabit.

F.SYLVIVS IN ORAT.CIC.

Atque ut existimetis necessario me de his rebus , de quibus iam dixerim , pluribus egiſſe verbis , attendite reliqua profecto intelligetis, ea quæ paucis demonstrari potuerunt, breuissime esse defensa . Cn. Decio Samniti, ei , qui proscriptus est , iniuriam in calamitate eius ab huius familia factam esse dixisti . ab nullo ille liberalius, q̄ a Cluentio tractatus est . huius illum opes in rebus eius incommodis subleuarunt . atque hoc cum ipse tum omnes eius amici necessariique cognorunt . Ancharii &
 †villicum Pacenii pastoribus, huius villicos vim & manus attulisse. cum quædam in collibus (ut solet) controuersia pastorum esset orta . Habití villici rem domini & priuatam possessionem defendenterunt . cum esset expostulatio facta, causa illis demonstrata , sine iudicio controuersiaque discessum est . P. Aelii testamento propinquus exhaeredatus cum esset , haeres hic alienior institutus est . P. Aelius Habití merito fecit , neque hic in testamento faciendo interfuit , idque testamentum ab huius inimico Oppianico est obsignatum. † Floro Legatum ex testamento inficiatum esse . non est ita : sed cum HS. XXX. scripta essent, pro HS. CCC. neque ei satis cautum videretur , voluit eum aliquid acceptū referre liberalitatī suā. primo debere negauit, post sine controuersia soluit . Cn. cuiusdā Samnitis vxorem post bellum ab hoc esse repetitam, mulierem cum emisset de sectoribus, quo tempore eā primū liberam esse audiuit, sine iudicio reddidit . Cn. Celio Enniūm esse quendam, cuius bona teneat Habitūs . Est hic Ennius egens quidā calumniator mercenarius Oppianici qui per multos annos quieuit, deinde aliquando cum seruo Habitī furti egit , nuper ab ipso Habitō petere cepit .

†Florio

Emisset de
sectoribus.

Intelligetis) Quia hęc veneficii crima breuissime defendam, quae paucis defendi possint, inde intelligetis me pluribꝫ verbis necessario egisse de his rebus, de quibꝫ iam dixerim. id est de iniuria iudicij Iuniani. Cn. De cito) Hęc sunt maledicta ex ante acta vita Cluētii ab accusatoribus collecta eiqꝫ obiecta, quo magis verisimilia sint veneficii crima. Ea autem male dicta prius refutari solent, q̄ ad crimen quod causę proprimum est: ut ex defensionibus L. Murens & M. Caelii facile videre licet. Ea autem Cicero partim contemnit, partim refutat leuiter, vt ea ab aduersariis cōficta esse ostendat. Villicum) Villicos legendum esse quę proxime sequuntur indicant, quemadmodum in antiquo codice scriptum est: in quo eodē Ancharii per aspirationem lego. Attulisse) dixisti. s. quod verbum in proximis repetē dum est. estq; Apostrophe. In his maledictis refutandis prius Cicero repeatit quid aduersarii dixerint, deinde refutat. Id in omni refutatione Cicero facere solet. Expostulatio facta) Expostulare & quod hoc loco Cicero dicit, expostulationem facere, est cū querela apud amicos requirere, & quasi officium amicitiae in alio desiderare, quia ab eo violatum sit. Facta igitur expostulatio a villicis Habitū est, quōd iniuste in domini priuata posseſſione illi pastores pascerent. Alienior) id est multum alterius, id est nullo modo propinquus. Merito) id est beneficio. Est autem nomen. Neq; hic in testamento) P. Aelium a Cluentio nō esse subornatum probat. Ab his inimico) Verum esse testamentum & adulteratum ostendit, quod etiā ab inimico teste obsignatum sit. Qui enim testes faciendo testamento adhibebantur, annulo obsignabant. Florio) In codice antiquo Floro legitur. Ei) Floro. Cautum) id est prouisum. Soluit) HS. CCC. Cn. cuiusdam Samnitis) Fortasse legendum sit Cn. Cætui Samnitis. Emisit de sectoribus) Ut paulo post, Emisit de A. Rupilio. Ut enim dicimus quęro Emissit de a te & quęro de te, audiui a patre & audiui ex patre: ita emi a sectoribus Rupilio. & emi de sectoribus. Sunt autem Sectores qui publicata bona, quum per auctiōnem venduntur, emunt: disti, quōd suum lucrum sequentes emāt. Liberum esse audiuit) Authore Vlpiano libro Digestorum. xlvi. tituload legem Flauiam de Plagiariis. Si quis hominem liberum sciens erexit, capitale crimen aduersus eum ex lege Flavia de plagio nascitur. Idem iuris esse arbitror, si quis hominem quem sciat esse liberum retinuerit, quem tum liberum esse neciret, quum emeret. Calumniator) Calumnia ri, vt ait Marcellus libro Digestorum. xlviii. titulo ad Senatusconsultum Turpilianum, est falsa crimina intendere. Inde calumniator etiam dicitur is qui rem sibi non debitam iudicio petit, Calumniam pro malicioſa & nimis callida iu: is interpretatione Cicero dicit in libro de Officiis primo estq; a caluendo, id est fallendo appellata. Mercenarius) id est temperarius famulus, quod operam suam Oppianico mercedis causa locauerit. Famulus enim proprie seruus est. Petete) in iudicio. Inde petitor in iudiciis priuatis dicitur non accusator.

Calumniari.

F.S Y L V I V S I N O R A T . C I C .

Hic illo priuato iudicio (mihī credite) nobis iūdem fortasse patronis calumniam non effugiet. Atq; etiam, vt nobis renunciatur, hominem multorum hospitum, A. Binnium quendam Cauponem de via Latina, subornatis, qui sibi a Cluentio seruīsq; eius in taberna sua manus alatas esse dicit. quo de homine, nihil etiam nūc dicere nobis est necesse: si inuitauerit, id quod solet, sic hominem accipiemus ut moleste ferat se de via deceplisse. Habetis iudices, quæ in totam vitam de moribus A. Cluentii, quem illi inuidiosum reum volunt esse, annos octo meditati accusatores collegerunt, q̄ leuia genere ipso, q̄ falsa re, q̄ breuia responsu. Cognoscite nunc id, quod ad vestrum iuriurandum pertinet, quod vestri iudicii est. quod vobis oneris imposuit ea lex, qua coacti huc conuenistis, de criminibus venenī: vt omnes intelligent, q̄ paucis verbis hæc causa perorari potuerit: & q̄ multa a me dicta sint, quæ ad huius voluntatem maxime, ad vestrum iudicium minime pertinerent. Obiectum est C. Vibium

[†] Capacem. Cauponem ab hoc A. Cluentio veneno esse sublatum: oportune adest homo summa fide & omni virtute preditus.

[†] Capacis. L. Pletorius Senator qui illius. [†] Cauponis hospes fuit Aegrotare. & familiaris. apud hunc ille Romę habitauit, apud hunc egrotauit, huius domi est mortuus. haud haeres est Cluentius: intestatum dico esse mortuum: possessionemq; eius

^{testatur}
^{mori} honorū Prætoris edicto huic illius sororis filio adolescenti prudentissimo & in primis honesto, Equiti Ro. datam, Numerio Cluentio, quem videtis.

Priuato iudicio) Priuatum iudicium appellat, quia nulli competit et huius cause actio nisi ei cui deberetur. Calumnia id est Caluniæ damnatione Caluniatoribus pena lege Rhēmia interrogatur, vt eodē in li. Digest. idem Marcellus ait. & pro Rex. Roscio scribemus. Multorum hospitum.)

Taberna.

^{Responsu.} fa re, q̄ breuia responsu. Cognoscite nunc id, quod ad vestrum iuriurandum pertinet, quod vestri iudicii est. quod vobis oneris imposuit ea lex, qua coacti huc conuenistis, de criminibus venenī: vt omnes intelligent, q̄ paucis verbis hæc causa perorari potuerit: & q̄ multa a me dicta sint, quæ ad huius voluntatem maxime, ad vestrum iudicium minime pertinerent. Obiectum est C. Vibium

[†] Capacem. Cauponem ab hoc A. Cluentio veneno esse sublatum: oportune adest homo summa fide & omni virtute preditus.

[†] Capacis. L. Pletorius Senator qui illius. [†] Cauponis hospes fuit Aegrotare. & familiaris. apud hunc ille Romę habitauit, apud hunc egrotauit, huius domi est mortuus. haud haeres est Cluentius: intestatum dico esse mortuum: possessionemq; eius

^{testatur}
^{mori} honorū Prætoris edicto huic illius sororis filio adolescenti prudentissimo & in primis honesto, Equiti Ro. datam, Numerio Cluentio, quem videtis.

Hospitēm non hospitum est in codicē S. Victoris, quae lectio aspēnāda nō est. Hospes enim tam qui accipit dicitur, q̄ qui accipitur. Estq; hoc loco at- tendendum hospitem dici etiam eum qui accipit aut accipitur in diuer- sorium. Coponem) Alij cauponem legunt. Sed vt Plautum & Plotum, uerorij. vt plaustrū & plostrū, vt cautem & cotem, ita cauponē & coponem dicere licet. De via Latina) Ad viam Latinā diuersorū habebat. Subornatis) vos accusatores subornatis. In tabernacula sua). i. in caupona, in diuerso- rio. Si intuitauerit ad cauponū morē alludit. De via deceſſile) ad eūdē morē alludit. Caupones enim vt hospites inuitēt, de via nōnūq; decedāt.

Habetis id est audiūstis. Responsu) in ablatiu tantū dicitur, vt iusu, euentu, permīssu, hortatu, arbitratu, aliaq; generis eiusdem multa. Huius autē modi ablatiu præpositio addi nō solet. Quāuis respōsum dicatur sae- pius, respōsto tamē nōnūq; dicitur. Vt Actione in Verrē. 3. Alio respōsionē suam deriuauit. Et prō L. Cornelio Balbo, in quo erat accusatoris interpre- tatio indigna responsione. Cognoscite nunc) Fit magis dilucida oratio. auditores meminerūt facilis, suntq; ad audiēda reliqua attētores, si tum breuiter quibus de rebus diximus, repetamus, & proponamus quę dicturi sumus, quū ad nouā questōnē acceditus. Quū igitur leuia & falsa male- dicta breuiter refutauerit, accedere se ad crimina veneni ostēdit. Coacti id est congregati. Dicimus enim cogere iudices, Senatū, medicos, agmen, milites, pecunia, aliaq; eiusdem generis, pro eo quod est congregare, vt in Commentarijs in Inuestiuas & pro Fonteio scribimus. Quae ad huīus voluntatē maxime pertinēt) Cluentius enim vt bonam existimationem retineret, obiectum crimen corrupti iudicij negocio gesto nō legē defendi voluit. Id autem paucis defendi non potuit. Ad vestrum iudicium mini- me pertinerent) Nam id de corrupto iudicio, vt maledictū Actius obiecit Cluentio vt magis credibile faceret Oppianicum a Cluentio necatum ve- neno: quem tantum oderat, vt eum corruptis iudicibus opprimeret. De criminib; veneni tantum constituta hæc questio est. Ideoq; de his solum iudicandum. Obiectum est C. Vibium Capaci) Primum veneni cri- men est. Nam tria obiecta sunt. Cauponem nō capacem in codicibus alijs scriptum inuenio. Haud h̄eres est Cluentius) vt accusator rē facit credit- bilem, quū causam dicit, quae reum ad maleficū impulit: ita patronus fidē remouet, quum causam remouet, quae ad maleficium impellere potuiflet.

Iutestatū) intestatus decedit, qui aut omnino testamētu nō fecit, aut nō iure fecit: aut id quod fecerat, ruptū, fr̄ritūq; factum est: aut si ex eo nemo Intestatus h̄eres extiterit, vt est in libro Institutionū Iustiniani tertio, titulo de h̄e qui sit. redditatib; q̄ ab intestato deferatur. Huic illius sororis filio) In lege Tabu- larū. xij. illa lex erat, Si pater familias intestatus moritur, familia pecunia q̄ eius agnitorū genti: lūc esto. Vt est in libro Rhetoricū ad Herennium. n. Vt aut̄ est in libro Institutionū Iustiniani tertio, titulo ad S. C. Tertulia- nū, lex. xij. Tabularū ita stricto iure vtebatur & præponebat masculorum

Taberna
meritoria.

Responsu,
Respōsum
& Respōsio

Cogere iu-
dices, Sena-
tū medicos.
agmen mi-
lites, pecu-
niā.

F.SYLVIVS IN ORAT:

progenie: eosq; qui per foeminini sexus necessitudinem sibi coniugifur: adeo repellebat, vt neq; inter matrem quidem & filium filiamve vltro citroq; hereditatis capide*re* ius daret, nisi q; Pr^tores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem, honorum possessione, Vnde cognati accommodata, vocabant. Postea S.C.Orficiano, quod D.Marci Antonini tempore factum est, liberi ad bona matrum intestatarum admissi sunt. Illius)C.Vibii.

Mansum

Alterum beneficij crimen: Oppianico huic adolescenti
cum eius in nuptiis more Larinatum multitudo homi-
num pranderet, venenum Habitum consilio paratum. id
cum daretur in mulso, Balbutium quendam eius familia-
rem interceptisse, bibisse, statimq; esse mortuum. Hac
ego si sic agerem, tanq; mihi crimen esset diluendum,
haec pluribus verbis dicerem, que nunc paucis percur-
rit oratio mea. Quid vnq; Habitum in se admisit, vt hoc
tantum ab eo facinus non abhorrese videatur? quid au-
tem magnopere Oppianicum metuebat? cum ille ver-
bum omnino in hac ipsa causa nullum facere potuerit:
huic autem accusatores matre viua deesse non possent:
quod iam intelligitis. an vt de causa eius, periculi ni-
hil decederet ad causam nouum crimen accederet: quod
autem tempus veneni dandi, illo die in illa frequentia:
per quem porro datum: unde sumptum: que deinde in-
terceptio poculi: cur non de integro autem datum: Mu-
ta sunt quae dici possunt: sed non committam vt videar
non dicendo voluisse dicere. res enim iam se ipsa defen-
dat. Nego illum adolescentem, quem statim e poto poculo
mortuum esse dixisti, omnino illo die esse mortuum. ma-
gnum & imprudens mendacium: perspicite cetera, dico
illum, cum ad illud prandium crudior venisset, & vt etas
illa fert, sibi tum non percussisset, aliquot dies ægrorasse,
& ita esse mortuum.

In mulso) Mulsus potio est quæ fit ex melle & vino. Authore Plinio Mulsus.
cap.24.libri.22.semper mulsus ex vetere vino utrissimum facillimeq; cum
melle cōcorporatur, qd in dulci nūq; evenit. Hec ego si sic agerē Fictum
hoc crimen & cōtemnendū, ideoq; sibi diluendū nō esse significat.idq; pla-
ne falsum postea ostēdit & probat. Hec ego si sic agerē Ironia hoc in loco
esse Quintil.lib.nono scribit. Quid vnq; &c).i.quod vnq; scelus cōmisit?

Quid autē magnopere) Ostendit nullā causam fuisse cur Oppianitum
necare vellet.immo potius fuisse,cur nollet. Quū ille verbū omnino &c)
Hāc ob causam hoc dici coniçtere licet,qd Pr̄toris edictopueri prohibētur
postulare,id est accusare aut defendere.Pueritiam autē vñq; ad.xvij. ætatis Pueritiae
annū cōpletū durare,Vopianus scribit libro Digestor.3, titulo de postulādo, tempus.
Hunc Oppianicū tēpore quopater mortuus est,puerū fuisse,eiq; triennio
post Salliam despondisse filiā,quā ex Melino sulcepereat, postea dicit. Inde
coniçtere licet Oppianicū adhuc puerū fuisse,pr̄sertim quum paulopost
dicat,vti Oppianicus Cluentiū breui tēpore post accusaturus esset. Aut
voluerit non potuerit legēdū est. Adolescens enim Oppianicus a Saffia
impelli potuit,vt seruū suū Nicostratum daret in questionē de cēde patris
Oppianici.Nec licet dicere non licere Oppianico accusare Cluentiū,g; eius
patrem in exiliū Cluentius egerit.Nam authore Valerio Maximo libro.3,
titulo de Fiducia sui,L.Craßlus orator quū Consul pro quinciam Galliā obti-
neret,Cn.Carbo,cuius patrem damnauerat,in Galliam ad speculādā eius
acta venit,vt patrem vlcisci sibi liceret. Quod autē tempus) In refutā-
dis testibus illam rationem Qui utilianus libro quinto probat,Pecuniam
deditis quis numerauit? vbi? vnde? Venenū arguis,vbi emis? a quo? quātū?
per quem dedis? quo cōscio? Quæ,inquit,fere omnia pro Cluentio,Cicero
in crīmine beneficij excutit.Authore eodē libro,nono rerū coniuctā diuer-
sitatē Cœlius μετασολὴν vocat qualis est,Qd autē tēpus veneni dandi?
vnde illa frequētia? per quē porro datū? vnde sumptū est &c. De inte-
gro).i.vt vulgo dicūt,iterū incipiēdo. Non dicēdo).i.tacendo,pr̄termit-
tendo. Nego illū adolescentē)Authore Qui utiliano libro quinto quū qd
dixit aduersarius palā falsū est, id negare satis est, vt pro Cluentio.Cicero
enim quē dixerat accusator epoto poculo cōcidisse,negat eodē die mortuū.

Crudior).i.cuius stomachus cibo multū offendetur,ne eū facile conco-
queret,propter malum quēdā corporis habitum,aut nimis magnam cibi
copiā.Vt libro de Oratore primo,Noluit,inquiūt,hodie agere Roscius,aut
crudior fuit.Et libro de Finibus secundo,Nolim enim mihi fingere Asotos,
vt solatis,qui in mensam vomant,& qui de conuiuis auferantur,crudiq;
postridie se rursus ingurgitent.Est igitur crudus qui cibum crudū in sto-
macho habet,qui nondū concoxit,& vt vulgo dicūt,qui nondū fecit di-
gestionem.Inde cruditas,cui contraria concoctio est,quæ a Cor.Celso sāpe Concoctio
dicitur. Vt ætas illa fert) Adolescentia em cibi audier est. Pepercisset)
id est temperalet. Aliquot dies) id est nec paucos nec maultos.

De integro

Crudior
homo.

Concoctio;

Quis huic rei testis est: idem qui sui luctus pater. pa-
ter inquam illius adolescentis, quem propter animi do-
lorem pertenuis suspicio potuisse ex illo loco testem in
A.Cluentium constituere, is hunc suo testimonio suble-
uat. quod recita. tu autem, nisi molestum est, paulisper
exurge, & perfser hunc dolorem commemorationis necel-
sarie: in qua ego diutius non morabor, quoniam quod
fuit viri optimi, fecisti ut ne cui innocentis mœror tuus
calamitatem & falsum crimen afferret. Vnum etiam mihi
reliquum eiusmodi crimen est Iudices, ex quo illud per-
spicere possitis. quod a me initio orationis meæ dictum
est quicquid malum per hos annos A. Cluentius viderit,
quicquid hoc tempore habeat sollicitudinis ac negocii,
id omne a matre esse conflatum. Oppianicum veneno neca-
tum esse, quod ei datum sit in pane per M. Asellium quedam
familiarem illius, idq; Habitum consilio factum esse dicitis.
In quo primum illud quero: quæ causa Habitum fuerit,
cur interficere Oppianicum vellet. Inimicitias enim inter
ipsos fuisse confiteor: sed homines, inimicos suos mor-
te affici volunt, vel q; metuunt, vel q; oderunt. quo tan-
dem igitur Habitum metu adductus tantum in se faci-
nus suscipere conatus est: quid erat quod iam Oppiani-
cum pena affectum pro maleficiis, eiectum e ciuitate quisq;
timeret: quid metuebat: ut oppugnaretur a perditio: an
ne accusaretur a condemnato: an ne exulis testimonio le-
deretur: Sin autem q; oderat Habitum, idcirco illum vita
frui noluit: adeo ne erat stultus ut illam, quam tu ille viue-
bat, vitam esse arbitraretur: damnati, exules, deserti ab
omnibus, quem propter animi importunitatem nemo re-
cipere tecto, nemo adire, nemo alloqui, nemo respicere

vellet.huius igitur vita Habitus inuidebat: hunc si acerbe & penitus oderat, non eum quod diutissime vivere velle debebat: huic mortem maturabat inimicus, quod illi vnu in malis perfugium erat calamitatis.

Quisui luctus testis est).i qui mortuum filium luget. Pertenuis suspitionis qua ad Cluentium peruenisset. Ex illo loco id est ex illa dignitate, nisi ex illo luctu maius legere. Teste in Cluentium constitutere) Permanens est necati hominis propinquus solatium, si enim qui necauerit poenas expedita videat. Si igitur pertenuis suspicio veneni dati, quo Balbutius interiit, ad Cluentium peruenisset: eius Balbutij pater Cluetium testis Subleuare monio lessit, ut eum affici poena videret. Subleuat).i. ut vulgo dicit, deoneras. Tu aut illi) Apostrophe est ad Balbutij patrem, postquam testimonium eius praeco recitauit. Exurge) Testis enim statim dicebat testimo ni. Dolorē commemorationis) ut, infandum Regina iubes renouare dolorē. Quae enim nobis acerbasunt, quia ea commemoramus, dolorē renouamus, vulnusque, ut aiunt, refricamus. Necessarij).i. quae mihi ad Cluentij salutē necessaria est, ut absoluatur faciliter, si testimonio tuo eiō innocentiā iudicibus probauero. Vnum etiam mihi) Refutat aliud veneni crimen quod fuit praecipuum. A. enim Cluentium parasse venenū accusatores dixerunt, quo p. M. Afelliū Oppianicus necatus sit. Alia aut duo veneni crimina ab accusatorib⁹ obiecta mihi videntur, quo magis credibile esset, id quod de Oppianici nece obiectum, quis ut de hoc ita de illis quod constituuta sit. Per hos annos).i. his annis pteritis. Quae causa) Qui factum esse negat, facti causam, ut diximus remouet, alio loco, alio tempore, alio modo commodius potuisse fieri ostendit. Inimicitias enim inter ipsos &c.) Inimicitiae magnā in se habent cedis causam. Ideoq Miloni ab Appio Clodio accusatore obiectum est, quod P. Clodio propter inimicitias fecerit insidias. Illuc Cicero vias fuisse Miloni inimicitias cum Clodio negat, praeter odium ciuile, quo improbos oes odimus. Quod autem homines inimicos suos affici morte velint, i. vel quia eos metuerunt, vel quia oderunt. nullum huiusmodi in Cluetio fuisse probat. Facinus in se suscipere) De hoc dicendi genere scripsimus pro M. Foteio. Ne accusaretur a condannato) Nam codemnato iudicio publico accusare non licet, nisi ut ante dictum est. Ne exulis testimonio ledetur) Ad exulē lex nulla pertinet, ut ait Quintilianus lib. 7. Ne testimonium quidem dicere exuli sicut. Quā tum ille vivet, vitā esse arbitraretur) Nam misera vita & calamitosa vix appellari vita potest. Importunitatē id est peruersitatē & crudelitatem. Recipere testo).i. domo. Synechoche est. Penitus) id est pene intus, id est maxime. Maturabat).i. veneno accelerabat.

ESYLVIVS IN ORAT. CICER.

Qui si quid animi ac virtutis habuisset (vt multi saepe
 fortes viri in eiusmodi dolore) mortem sibi ipse consci-
 set. huic quamobrem id vellet inimicus offerre, quod ipse
 incredul^o Cicero. sibi optare deberet? Nam nunc quidem quid tandem illi
 malⁱ mors attulit? nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur,
 vt existimemus illum apud inferos impiorum supplicia
 perferre: ac plures illuc offendisse inimicos, q̄ hic reli-
 quisce: a socrus, ab vxorum, a fratribus, a liberum poenit
 actum esse praecepitem in sceleratorum sedem atque re-
 gionem. quae si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid
 ei tandem aliud mors eripuit, preter sensum doloris? Age
 vero venenum per quem datum? per M. Asellium. quid
 huic cum Habito nihil. atque adeo, q̄ ille Oppianico fa-
 miliarissime est usus, potius etiam contra simulas. Ei ne
 igitur, quem sibi offensionem, Oppianico familiarissi-
 mum sciebat esse, potissimum & suum scelus & illius pe-
 riculum committebat? cur deinde tu, qui pietate ad accu-
 sandum excitatus es, hunc Asellium esse inultum tandem
 finis? cur non Habiti exemplo usus es? vt per illum, qui
 attulisset venenum, praetudicaretur? Iam vero illud q̄ non
 probabile, q̄ inusitatum iudices, q̄ nouum: in pane da-
 tum venenum facilius ne potuit, q̄ in poculo: de hoc la-
 tentius potuit abditum aliqua in parte panis, q̄ si totum
 Comesum conliquefactum in potionē esset, celerius potuit comesum
 q̄ epotum in venas atque in omnis partes corporis per-
 manare: facilius fallere in pane si esset animaduersum, q̄
 in poculo, cum ita confusum esset vt secerni nullo modo
 posset. At repentina morte periit. quod si esset ita factum,
 tamen ea res propter multorum eiusmodi mortem, satis
 firmam veneni suspicionem non haberet.

Virtutis id est fortitudinis. Inimicos quos necauerat. Socrus) Di
neae. Vxorū quibus necandis exercitatus erat. Fratris) C.Oppianici.

Liberum) id est filiorum. Duos enim filios ipse necauit, vt Saffia sibi Liberū p
nuberet. Liberū autem pro liberorū dīci Cicero scribit de Oratore ad liberorū.
Brutum, vt quum dicimus cupidos liberum, aut in liberū loco. Sed li-
berorum saepius dīci inuenias. Actum esse prēcipitem) id est prēcipi- Agere p̄ci
tatum esse. In sceleratorum sedem) id est in Tartarū, vbi animas mi- pitem.
seras cruciari Virgilius dicit lib. Aen. vi. Hinc exaudiri gemitus, & seuā
sonare verbeta, tum stridor ferri, traxaq; cathene. Quæ si falsa sunt)
Impia est hęc Ciceronis sententia, qui hoc loco, vt in lib. Tuscul. quæst.
primo, inferos esse neget. Pr̄ter sensum doloris) Aequa impia est hęc
sententia, si ita sentiat, vt dicit. Significat enim animum interire una
cum corpore, & vt corporis ita animi sensum morte eripi. In eadē sen-
tentia est C. Cæsar apud Sallustium in bello Catilinario, De poena, in-
quit, possum equidem dicere id quod res habet, in luctu atq; miseriis
mortem ærumnarum requiem non cruciatum esse. Eam cuncta mor-
talium mala dissoluere. Ultra neq; curæ neq; gaudio locū esse. Sed lōge
aliter Ciceronem sensisse arbitror, quippe quā in Lelio, in Catone Ma-
iore, in lib. de Repub. vi. in lib. Tuscul. quæst., aliisq; multis in locis, do-
ceat animos esse immortales. Hoc autem dixit, vt cause suæ subserui-
ret. Nam vt antea dixit, Omnes orationes iudiciales causarum sunt &
temporum, non hominum ipsorum ac patronorum. Age vero) Veri-
simile non esse ostendit Clientium Oppianico dedisse venenum per
M. Asellum ipsi Oppianicofamiliarislimum. Offensiorem) id est mul-
tum inimicum. Cur deinde tu) id est vt mortem patris vlciscerere.
Habiti exemplo) Is enim Oppianicum veneficii crīmine prius nō ac-
cusauit, q̄ primū de Scamandro, deinde de Fabritio preiudicatū esset.

Iam vero illud) Alio modo venenum dari potuisse cōmodius osten-
dit, id est in poculo non in pane, ideoq; credibile non esse quod dixit
accusator. In poculo) id est in potionē. Hypallage est, continens pro-
contento. Facilius ne potuit q̄ in poculo) eclipsis est. facilius ne po-
tuit in pane dari scilicet. Latius potuit) Q̄uis ita legam in omnibus
codicibus, improbanda tamen lectio non videatur, si latentius non la-
tius legatur. Abdītum) ita legendum est, non additum, vt in omni-
bus codicibus scriptum. Ita enim apud Pr̄scianum legere licet libro
decimo. Ibi enim bis citat hoc exemplum, quum prēcipit comesum
& comedendum a comedendo fieri. In venis) A venis venenum appellatū
est putant, quod in eas facile permanet. At repentina morte
perit) Aduersari dictum est, quod sibi refutādum proponit. Quod si
esset ita factum) Ita enim factum non esse paulo post exponit. Pro-
pter multorum eiusmodi mortem) Multi enim repentina morte per-
eunt, qui tamen veneno non pereunt.

Venenum
a venis.

F. S Y L V I V S . I N O R A T . C I C .

Si esset suspitiosum, tamen ad alios potius q̄ ad Habitum pertineret. Verum in eo ipso homines impudentissime mentiuntur. id vt intelligatis, & mortem eius, & quē admodum post mortem in Habitum sit crimen a matre quesitum, cognoscite. Cum vagus & exul erraret atq; vndiq; exclusus Oppianicus in Falernum se ad C. Quintiliū contulisset, ibi primum in morbum incidit, ac satis vehementer diuq; ægrotauit. cum esset vna Sassia: & Stathio Albio quodam colono homine valente, qui simul esse solebat, familiarius vteretur, q̄ vir dissolutissimus incolumi fortuna pati posset: & ius illud matrimonii castū atq; legitimum damnatione viri sublatum arbitraretur: Nicostatus quidam fidelis Oppianici seruulus percuriosus & minime mendax, multa dicitur renūciare domino solitus esse. Interea Oppianicus cum iam cōualeceret, neq; in Fa-
lerno improbitatem coloni diutius ferre posset, & huc ad
vrbem profectus esset. (solebat enim extra portā aliquid
habere conducti) Cecidisse ex equo dicitur: & homo infir-
ma valetudine latus offendisse vehe[n]tēter, postea q̄ ad vr-
bem cum febri venerit, paucis diebus esse mortuus.

Suspicio sum) id est si haberetur suspicio eum veneno necatum. Pas-
sue enim dicitur. In eo ipso quod veneno, quod repentina morte pe-
tierit. Id vt intelligatis) attentos facit auditores. In Falernum Fa-
lernus ager in Campania vini bonitate a latinis scriptoribus celebra-
tus est. Est tamen quod coniectem in eum agrum deductam fuisse co-
loniam eiusdem nominis. Nam paulo post Stathium Albium Faleri-
ni colonum appellat. Sunt autem coloni coloniarum, vt municipiorū
municipes: & vrbium ciues. Nisi colonum pro agriculta posuit, ideo ho-
mine valente addidit. Solent enim agricultæ vrbicis hominibus esse
valentiores. Ideoq; ex his potius diligēdos milites Vegetius libro pri-
mo scribit. Homine valente) id est robusto iuuenie. Hoc dicit, vt mag-
is credibile sit adulterium. Familiarius vteretur) ad libidine sc̄i-
licet. Quām vir dissolutissimus) vxorum impudentia maritis etiam
dissolutis odiosa esse solet. Ea autem aliquando fortunæ calamita-

est, ut hāc huiusmodi mariti nō solū tolerare cogātur, sed etiā vxores p̄stituāt. Vir autē grauis extrema oia potius sustineret, q̄ talem vxoris impudentiam pateretur! Vir) id est maritus. Vir enim nisi quum pro marito dicitur, a Cicerone in bonā partem solum dici solet, homo in vtrancq; Quintilianus autem virum modo in bonā partem, modo in malam dicit. Dissolutissimus), i. impudentissimus. Is enim dissolutus est, qui nullis pudoris verecūdieq; & honestatis vinculis ligat⁹ est. Effrontē vulgo appellāt. Vt in primo de Officijs, Negligere qd de se q̄sq; sentiat, nō modo arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Et lib. Tuscularum questionū quarto, Commodo dixit Afranius, Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet. Dixit enī de adoleſcēte pdito ac dissoluto. Oratione in Rullū, dissoluta cōſilia appellat improba, & sine vla ratione. O perturbatā rationem. O libidinem refrenandam. O cōſilia dissoluta atq; perdita. Dissolutā consuetudinem eadē ratione dicit pro L. Flacco, Satis ne vobis coarguere his authoribus dissolutā Græcorum cōſuetudinē, licentiāq; impudentem videmur! Hinc dissolutus pro negligente dicitur actione in Verrē septima. Tātum intelligo mauiſſe Domitium crudelem in animaduertendo, quam in prætermittendo dissolutū videri. Et pro A. Cęcinna, Nec contendere aliud, q̄ ne iis suum dissolute relinquare videretur. (Percurious) Credibile facit hoc adulterium Nicostrato cognitū fuisse. Ad vrbē id est prope vrbem. Vt in primo Aen. Prima quod ad Troiā pro charis gesserat Argis. Nā in vrbem exuli redire nō licet. Sed ad vrbē esse aliter dicitur. Authore Asconio omnīs magistratus qui intramuranus nō est, nec vrbanus, etiā si administrator eius Romæ est, ad vrbē esse dicitur. Sallustius libro secūdo, Vtricq; ad vrbē Imperatores erāt. Cicero actiōe quarata in Verrē, Ad yrhem quim esset, audiuit Dionis cūdā Siculo permagnam venisse hæreditatem. Idem actione secunda, Ipse deniq; Cn. Pompeius quim primū concionem ad vrbem Cos. designatus habuit. Hūc locū exponens Asconius, Ad vrbē, inquit, id est in vrbē: & sic dici solet de ijs, qui cū potestate prouinciali aut nondum in prouinciam profecti sunt, aut in vrbē redierunt. Cicero Proconsul ad Cęfarem lib. Epistolā ad Atticū, 9. Vt legi tuas literas, quas a Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, vt ad vrbē essem, te velle vti consilio & dignitate mea, minus sum admiratus. Extra portā in suburbīs. Aliquid habere conducti), i. cōducere domū vel prēdiū. Infirma valetudine) Magis credibile facit eū ex equo cecidisse, & lat⁹ offendisse. Lat⁹ offendisse), i. vt vulgo loquunt̄, in latere se lēfisse. Vt offendere pedē dicimus. Hinc offendio pedis, a Cicerone in lib. de Diuinatione secūdo dicitur, Quę si fuscipiamus, pedis offendio nobis, & abruptio corrigit̄, & ster nutamēta erūt obſeruanda. Cū febri, Febri in ablative dici attēde, vt apud Catonē i epistola ad filiū, Ex dolore, ex febri, ex siti, ex medicamē

Offendere
latus.

Febri.

F. SYLVIVS IN ORAT. CICER

tis bibēdis. Id exemplū est apud Priscianum libro. 7. Alibi quoq; Cicer
o hac voce visus est. vt libro de Oratore tertio, Ex quo quum cohors
ruisset, cum febri domum rediit. In oratione in Catilinā prima, Quā
æstu febriq; iactantur. Et libro Epistolarum ad Atticum, 5. Quum sine
febri laborasse. Huius terminationis causa est, quia hanc febrim dici
mus. Idem libro Epistolarum Familiarium, 13, Mihi & scriptum & nū
ciatum est, te in febrim subito incidisse.

Emit de
Rupilio.

Mortis ratio Iudices eiusmodi est, vt aut nihil habeat
suspitionis: aut si quid habet, id intra parietes in domesti-
co scelere veretur. Post mortem eius Saffia statim moliri
nefaria mulier cœpit insidias filio, quæstionem habere de
virī morte constituit: emit de A. Rupilio, quo erat visus
Oppianicus medico, Stratonem quendam, quasi vt idem
faceret quod Habitus in emēdo Diogene fecerat: de hoc
Stratone & de affecla quodam seruo suo quæfiguram esse
dixit. Præterea seruum illum Nicostratum, quem nimis
loquacem fuisse ac nimium dominō fidelem arbitraba-
tur, ab hoc adolescentे Oppianico in quæstionem postu-
lauit. Hic cum esset illo tempore puer, & illa quæstio de pa-
tris sui morte constitui diceretur, et si illum seruum & sibi
benevolum & patrī fuisse arbitrabatur, nihil tamen est au-
sus recusare. Aduocantur amici & hospites Oppianici, &
ipsius mulieris multi homines honesti atq; omnibus re-
bus ornati: tormentis omnibus vehementissimis queritur.
Cum essent animis seruorum & spe & metu tetrici, vt ali-
quid in quæstione dicerent, tamen (vt arbitror) auctorita-
te aduocatorū, & vi tormentorū adducti in veritate man-
serunt, neq; se quicq; scire dixerūt. Quæstio illo die de ami-
corū sententia dimissa est. Satis longo intervallo post ite-
rum aduocantur. habetur de integro quæstio. nulla vis tor-
mentorū acerrimorū pretermittit. aduersarii aduocati etiā
vix ferre posse. futere crudelis atq; importuna mulier, sibi

nequaq; vt sperasset, ea quæ cogitasset, procedere. Cū iam tortor atq; essent tornēta ipsa defessa, neq; tamen illa finem facere vellet, quidā ex aduocatis, homo & honoribus populi ornatus, & summa virtute prædītus, intelligere se dixit, nō id agi vt verū inueniretur, sed vt aliquid falsi dice re cogeretur. Hoc postq; ceteri cōprobarunt, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quæsumum.

Quod Habitus in emēdo Diogene) Id ante dicitur est. De asseclā quodam) Asseclæ serui sunt, dicti q; oibus iussis dominorū assint & praesto sint, vt ait No. Marcellus. Cicero in lib. de Diuin. ii. Is quin ei Trogiorū Tetrarchiā eripuisset, & asseclę suo Pergameno nescio cui, dedisset. Iden act. in Verr. iiij. Ostendit munus illud suū non esse, se quū suę partes essent hospitum recipiendorū, tū ipsos tamen Praetores & Consules, non Legatorū asseclas recipere solere. In quæstionē) i. vt de eo haberetur quæstio. Hic) Oppianicus. Amici & hospites) Oppianici. Mirum est aliquę fuisse Oppianico amicū & hospitem, præcertim quū antea dixerit Oppianicū ab omnibus desertū, quem propter animi im portunitatē nemo recipere tec̄to, nemo adire, nemo alloqui, nemo respicere voluerit. d autem hoc loco Cicero dicit, vt habite quæstionis & dimissę autoritatem augeat. Omnibus vehementissimis) Hoc genus dicendi non omnino Ciceroni infrequens est, quod est cōtra Grammaticorum præcepta. Spe) id est promissis. Et nietu) id est minis, vt paulo post dicet. Aduocatorum) i. eorum qui aduocati erant. Ex his autē postea nominat T. Annium, L. Rutilium, P. Saturium. Authōritate aduocatorum) lis enim præsentibus mētiri noluerunt. Vi tormentorum) quæ magna eorum constantia fuit & patiētia. Aduocantur amici & hospites) Oppianici. De integro) i. rursus incipiōdo, per inde ac si ante habita nō fuisset. Aduersarii aduocati) quos Saffia aduocauit, qui horū seruorum qui torquebātur aduersarii erant. Magnā vim tormentorū exprimit. Posse) i. poterant, vt futere, pro furebat. Historicis q; oratoribus hoc dicendi genus magis familiare. Nequaq; procedere) id est quod nequaq; succederet. Procedere enim p̄succedere dici apud Sex. Pompeium est. Quum iam tortor) Tortor dicitur is qui equuleo torquet, vt pro Milone, Quid opus est tortore? Quid quæstis? Occiderit ne? Occidit. Tornēta ipsa defessa) Metaphora est. nam tebus iranimis sensus datur. vt p Q. Ligario, Quid tuus ille Tubero di strictus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? Qui sensus erat armorum tuorum? Magnā autem tormenti vehementiam significat. Honoribus populi) id est magistratu.

Asseclā

Tortor.

Tornēta
defessa.

M iiij

F. SYLVIVS IN ORAT.CIC.

Redditur Oppianico Nicostratus. Larinum ipsa proficisciatur cum suis; mōrens, q̄ iam certe incolumem filium, fore putabat: ad quem non modo verum crimen, sed ne si et̄a quidem suspicio perueniret: & cui non modo aperta inimicorum oppugnatio, sed ne occultæ quidem matris insidiæ nocere potuissent. Larinū postq̄ venit, que a Strato illo venenū antea viro suo datum sibi persuasum esse simulasset, instructam ei contínuo & ornatam Larini medicinae exercendæ causa tabernam dedit. vnum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat, vt velle atq̄ optare aliquid calamitatis filio potius, q̄ id struere & moliri videtur. Tum interim Hortefio, Q. Metello Coss. vt hūc Oppianicum aliud agentem, ac nihil eiusmodi cogitatem ad hanc accusationem detraheret, inuito despondit ei filiam suam illam, quam ex genero suscepérat, vt eum nuptiis alígiatum simul, & testamenti spe deuinéctum possit habere in potestate. Hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem eiusmodi. Cum esset in Armariu. ædibus armariū, in quo sciret esse nummorum aliquantum & aurī, noctu duos conseruos dormientes occidit, in piscinamq; deiecit.

Larinū ipsa proficisciatur Nā Romē habita hec quaestio est. Incolus instructū mem. i. non damnatum, q̄ eius causa melior esset. Instructam id est ornatam, paratam, vt instructum cōuiuum & instructos hortos dicit. Actione in C.Verre.vi. Deinde ipsum Regem ad coenā vocauit. exornat ample magnificeq; tricliniū, exponit ea, quibus abūdabat, plurima ac pulcherrima vasa argētea. Nāq; hec aurea nondum fecerat. Omnibus curat rebus instructū & paratum sit cōuiuum. In oratione post redditum in Senatu, hi sunt conditores instructoresq; cōuiuij. Lib. de Offic. iiij. de hortis quos a Pythio Cānius emit, Emitt instructos, nomina facit, negotium conficit. Vlp.lib.Digest.xv.tit.de verborum & retū significationibus, Tabernæ appellatio declarat omne ytile ad habitandum, ædificium, ex eo quod tabulis claudatur. Instructam autē taber-

nam, vt idē ait, sic accipimus, quæ & reb⁹ & hominibus ad negotiacionem parata cōstat. Vnū, alterū, tertiu annū) Hoc modo mouet magis q̄ si dixisset, tres annos. Vt, i. ita vt. Hortensio & Metello Cossi.) His Cōfūlibus designatis Verres accusatus est: quo eodē tempore Cicero Aedilis designatus fuit, vt ipse scribit in accusatione Verris. Prætor autem Cicero hanc causam, vt dixim⁹ defendit. Quocirca licet coniicere tres ad summū quatuor annos post mortem Stratonis actam esse Cluentij causam. Verre enim Prætore Urbano Oppianicus damnatus est. Postea Siciliā trienniū administravit. Hortensio & Metello Cossi, accusatus est, quo tēpore de Stratone sumptū supplicium est. Anno. viii. post Oppianici damnationem accusatus est Cluentius. Oppianicum quoq̄ mortuū esse anno post damnationē aut circa inde licet coniicere. Nam triēnio ante Stratonis furtū de Stratone & Nicostrato quæstio habita fuerat.

Aliquid agentem) Aliud agentem legendum arbitror. Despōdit ei Spōdere & filiam) Spondere & despōdere ita distinguit Donatus in cōmentariis despōdere. in Terentiū, vt spondeat puellæ pater, despondeat adolescentis. vt despōdeat puellā qui petīt, spondeat a quo petīt. Sed hoc loco hēc Donati differentia nō obseruatur. Illud tamen obseruari solet, vt spōdere vel despōdere puellā non adolescentē dicamus. Sibi quoq̄ adolescēs vxorē despōdere dicitur. Cic. lib. Epist. Famil. viii. Cornificius adolescentis Oristillæ filiā sibi despōdit. Ex genere) A. Aurio Melino. Fur- tum fecit) Facere furtum, insidias, prēdas, pactionē, conuiciū: pro fur- ri, insidiati, prēdari, pacisci, conuiciari dicimus. Pro Rofcio Comœdo, Cuius rei furtum factū erat. Pro P. Sylla, Vt etiā ex memoria quas mihi ipse fecerat insidias deponerē. Id dicēdi genus sēpe pro Milone est. In Ver. acti. iii. Iam vero in bonis Q. Opimii vendendis, quas iste prēdas, q̄ aperte, q̄ improbe fecerit, longū est dicere. Pro Rofcio Comœdo, Dic pactionem fecisse, vt absoluatur. Lib. Epist. ad Attic. i. Conuiciū Pisoni Col. mirificum fecit. Facere bellum, prēlium, pugnam, cædem, tristia, coenam, concessionem, concionem, finem, fraudē, gratulationē, largitionem, lucrum, inoram: pro bellare, prēliari, pugnare, occidere, castrametari, coenare, concedere, concionari, finire, fraudare congratula- ri, largiri, lucrari, morari, aliaq̄ generis eiusdē apud Ciceronē inuenire licet. Armarū) Armarū est vbi reponuntur arma. Arma autē sunt Armarū. vt ait Seruus in lib. Aen. i. cuiuscunq̄ artis instrumenta. Hoc vocabu- lum tam late patet, vt Valla in libro primo armarium esse dicat, vbi reponuntur libri cæteraq̄ huiusmodi. Armarū hoc loco Cicero dicit pro loculo, vbi reponuntur pecuniae. Numorū aliquantū & auri) Nu- morum nomine aurum non contineri hic attendendum est. Conseruos) Erat enim Strato Sassi⁹ seruus. Conseruos, cohēredes, condiscipu- los dīci, q̄uis conciuem, coequalem, consodalem confederatū non di- camus in Progymnasmatis scribimus. In piscinam) Lacus & stagna, Piscine. M. v.

Facere fur-
tū, insidias,
prēdas &c..

Armarū.

Numus..

F. SYLVIVS IN ORAT. CIC.

quæ pīscibus viuis coercētur clausa, suo atq; proprio nomine pīscinae
nominauerunt. Ut scribit A. Gellius cap. xx. lib. ii. Viuarium quoq; &
stabula pro pīscina Columella libro nono dicit.

Coactores

Ipse armarii fundū execuit, & sestertiōrū & aurī quinq;
pondō abstulit, vno ex seruīs puero nō grandi cōscio: fur-
to postridie cognito, omnī suspicio in eos seruos qui non
comparebant, cōmouebatur. Cum executio illa fundū in ar-
mario animaduerteretur, querebant homīnes quonā mo-
do fieri potuisset. quidam ex amicis Saffiē recordatus est,
se nuper in auctione quadam vīdisse in rebus minutis ad-
uncam, ex omni parte dentatam, & tortuosam vēnire ser-
rulā, qua illud potuisse ita circunsecari videretur. ne mul-
ta perquiritur a coactorib⁹, inuenitur ea serrula ad Stra-
tonem peruenisse. hoc initio suspicionis orto, & aperte insu-
mulato Stratone, puer ille cōscius pertimuit, rem omnem
dominæ indicauit, homīnes in pīscina inuenti sunt. Stratō
in vincula coniectus est, atq; etiā in taberna eius nūmī, ne
quaq; omnes, reperiūtur. Cōstituitur quēstio de furto. nam
quid quisq; suspicari aliud potest? an hoc dicītis: armario
expilato, pecunia ablata, non omni recuperata, occisis ho-
minib⁹, institutam esse quēstionem de morte Oppianī-
ci: cui probatis? quid est quod minus verisimile proferre
potuistis? Deinde, vt omittam cetera, triennio post mortē
Oppianici de eius morte querebatur. atq; etiā incēsa odio
pristino, Nicostratum eundem illū tum sine causa in que-
stionem postulauit. Oppianicus primo recusauit. postea q̄
illa abductoram se filiam, mutaturam esse testamentū mi-
naretur, mulieri crudelissimē seruum fidelissimum, nō in
quēstionem tulit, sed plane ad supplicium dedit.

Execuit id est secundo perforauit. Sestertiōrū & aurī Hic quoq; attē-
dendū sestertiōrū nomine aurū non cōtineri. Non grandi id est nō

magnō natu. Grandis enim de etate saepe dicitur, ut ante admonuim⁹. Grandis;

Qui nō cōparebant⁹ occisos in piscinam Strato deiecerat, quos fur
to factō profugisse arbitrabātur. Est autem verisimilis admodum hæc
narratio. Cōmouebatur id est excitabatur & perueniebat: In auctio-
ne, i. in publica bonorum venditione. In rebus minutis id est inter
res minutas. Ex omni parte dentium) Dentatam non dentium legi
debet. Itaq; in antiquis Priscianī codicibus lego, qui i libro tertio hūc
locum citat, quū dicit a nominibus in a primē declinatiōis fieri dīmi-
nutiua in ula, ut a sylua syluula, luna lunula, rubicunda rubicūdula, si-
guia lingula, & per cōcisionē ligula, puella puellula, serra serrula, vt, in-
quit, Cicero pro Cluentio, Ex omni parte dentatā & tortuosam vēnire
serrulā. Vēnire id est vendi. Ne multa) In narratione illud valet ad le-
uandū auditoris tēdiū, ut dicamus, Sed quid ego diutius? Quid verbis
op⁹ est? Quid vltra moror? Ne multa, aliudve quid eiusdē generis. Qao
etiam admonetur auditor, ut id quod proxime dicturi sumus audiat at-
tentius. A coactoribus) Coactores hoc loco dici videntur i. qui in au-
ctione pecunia accipiunt, remq; auctionatā addicunt ei qui maximū
obtulerit eiusdē rei precium; qui & rei venditę precium & emptoris no-
men scribere solēt. Id hac quoq; etate fieri solet. Insimulato) id est ac-
cusato, sed extra iudiciū, & vt ita dicam, coarguto. Pertimuit) Pueros
alicuius maleficis cōscios terrori facile est, eoque magis si vllā ipsi spem si-
bi impunitatis proponunt. Indicauit) Indicare & confiteri ita distin-
guit Donatus in Adelph. Terentij. Indicat, inquit, is qui de se volens

Coactores

Indicare &
Confiteri.

aliquid & de alijs etiam prodit. Sed confitetur qui de se tantum, & qui
inxitus. Nequaq; omnes) Ut res magis sit verisimilis furum consuetu-
dinem exprimit, apud quos si sublata pecunia reperitur, nequaq; tota
reperitur, eius enim partem ipsi iam expenderint. Constituitur que-
stio) Constituere questionē quid sit, pro Milone diximus. Hic vero que-
stio pro tornēto non pro causa dicitur. An hoc dicitis) Apostrophe
est ad Saffiam, ad Oppianicum adolescentem, ad T. Actium accusato-
rem. Hi autem dixerunt Stratonem in questione aliquid de Oppiani-
co necato veneno cōfessum fuisse. Hac questionē de furto, non de Op-
pianici morte habitā fuisse Cicero contendit. Expilato) id est exinanis-
to, exhausto. Instituta) id est cōstitutā. Cui probatis) id est vt quis p-
bet facere potestis. Triēnio post mortē) Significare videtur iure ciuilē
cautū fuisse ne de cuiusq; morte post trienniū quereretur, id est questio
haberetur. Adducturam) Accersi vxor ad inaritū, abduci a marito ad
diuortiū dicitur. Sic Virgilius, Et gremijs abducere partas. Author est
Donatus exponē illud ex Hecyra, Et filiā abduxit suam. Hanc loquē
di differentiam apud Terentium passim licet inuenire. Mulieri cru-
delissime seruū fidelissimum) Indignitatem rei ostendit, ut Saffiam in-
odium iudicū adducat. Tulit) id est obtulit. Est aphærisis,

Accersere:
& abduce-
re.

F. SYLVIVS IN ORAT. CICER.

Projecta
audacia.

Post triennium igitur agitata denique quæstio de vi-
si morte habebatur. & de quibus seruis habebatur?
noua credo res obiecta , noui quidam homines in suspi-
tionem vocati sunt . de Stratone & de Nicostrato. quid?
Romæ quæsitum de istis hominibus non erat ? ita ne
tandem mulier iam non morbo, sed scelere furiosa,cum
quæstionem habuisset Romæ, cum de T. Annii, L. Ru-
tilii , P. Saturii , & cæterorum honestissimorum viro-
rum sententia constitutum esset , satis quæsitum vide-
ri , eadem de re triennio post iisdem de hominibus , nul-
lo adhibito , non dicam viro . ne colonum forte abfui-
se dicatis , sed bono viro , in filii caput quæstionem ha-
bere conata est. An hoc dicitis? mihi enim venit in men-
tem , quid dici possit , tametsi adhuc non esset dictum:
cum haberetur de furto quæstio Stratonem aliquid
de veneno esse confessum . hoc vno modo Iudices sa-
pe multorum improbitate depressa veritas emergit ,
& innocentiae defensio interclusa respirat, qd aut hi qui
ad fraudem callidi sunt , non tantum audent quantum
excogitant: aut illi quorum eminet audacia atque pro-
iecta est , a consiliis malitiæ deseruntur . Qd si aut con-
fidens astutia , aut callida esset audacia , vix vlo ob-
sistí modo posset . Vtrum furtum factum non est? at
nihil clarus Larini fuit . an ad Stratonem suspicio
non pertinuit? at is & ex ferrula insimulatus , & a pue-
ro conscientia est indicatus . an id actum non est in quæ-
rendo? quæ fuit alia igitur causa querendi? an id
quod dicendum vobis est , & quod tum Saffia dicti-
tabat,cum de furto quereretur,tum Strato iisdem in tor-
mentis dixit de veneno:en hoc illud est , quod ante dixi,

PRO A CLVENTIO HABITO. LXXXVII

mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur, nam tabellæ quæstionis plures proferuntur.

Noua credo res obiecta) Ironia est. De iisdem enim seruis, de criminis eodem quæsum est, quo triennio ante Romæ quæsum fuerat. Romæ hi serui nihil dixerunt, quo laederetur Cluentius. Triennio post quum Larini torquerentur, de eodem scelere queri non licebat. Illud itaq; cō finxit Saffia, quum de furto quereretur. Stratonē de veneno aliquid dixisse. idq; in tabellis scriptum in iudicium allatum. Cicero autem ostendit a Saffia impudentius id confictum q; callidius. In suspitione vocatus) pro in suspitionem: vt paulo ante, Hoc uno metu se putat equites Romanos in potestate sua redacturos. Et in oratione p domo sua, Author ne essem, vt in te p. Fosteūs vitæ necisq; potestatem haberet, vt in filio. Non morbo, sed scelere furiosa) Non enim solum morbo furiōsi fiunt homines, sed etiam scelere, vt Orestes & Alcmēon. Ne colonum) Stathium Albium, de quo antea dixit, quo pro viro, id est marito Saffia vtebatur. An hoc dicitis? quum haberetur de furto quæstio &c. An hoc dicitis? Vos accusatores, Acti & Oppianice. Projecta) id est extenta, eminens, & velut se exercens. Ut actione in Verrem tertia, Est idem Verres qui fuit semper, vt ad audiendum projectus, sic paratus ad audiendum. Et pro domo sua, At videte hominis intoletabilem audaciam, cum projecta quadam & effrenata cupiditate. Projecta saxa Virgilius dixit in libro Aen. iiij. qualia in rupibus eminent, Hinc altas cautes, projectaq; saxa Pachynni Radimus. A consiliis malitiæ deseruntur) id est satis callidi non sunt ad cogitandum & fingerendum. Malitia) id est calliditatis & versutiae. Malitia a malo appellata non dicitur improbitas, quam Graeci κακία appellat, sed certi cuiusdam vitii nomen est, vt ait Cicero libro Tusculanarum quæstionum quarto. Inde malitiosum callidum, astutum, versipelle dicimus. Cō fidens) id est audax. An id actum non est in querendo) id est an de furto quæsum non est. Illud est quod ante dixi) id autem est, Illi quorū eminet audacia atq; projecta est, a consiliis malitiæ deseritur. Audax Saffia fuit in confingendo hoc scelere, callida tamen non fuit. Ideo veritas emergit. Mulier abundat audacia) Priscianus libro. xviii. abundans hoc loco non abundat legit. Abundans illius rei, inquit, nomen est. Nam participium ablatiuo, quomodo & verbum eius coniungitur. Virgilius in Bucolicis, Quam diues pecoris niuei, quam lactis abundans. Cicero pro Cluentio, Mulier abundans audacia. 'dem pro Cornelio. iij. Quis tam abundans copiis? Deficitur) id est destituitur. Ut in oratione de responsis Aruspicum, Monent ne per optimatum discordia dissensioneq; patribus principibusq; cedes, periculaq; creentur, auxi-

In suspitione
vocare.

In potestate
redigere.

In filio ha-
bere potes-
tatem.

Projecta:
audacia.

Malitia:

Deficitur).

F. SYLVIVS IN ORAT. CIC.

līcē dīminuti defīcientur. Quæstionis id est in quæstione cōfessio-
nis. Quod præcedit pro eo quod sequitur.

Quæ recitatæ, vobisq; edite sunt, ille ipsæ, quas tū non
^{Litera nul} obſignatas esse dixi. in quibus tabellis de furto litera nul-
la inuenitur. non venit in mentem primam orationē Stra-
tonis conscribere de furto, post aliquid adiungere dictum
de veneno, quod non per contatione quæſitum, sed dolore
expressum videretur. quæſtio de furto est, veneni iam fu-
ſitione, superiore quæſtione sublata, quod ipsum hæc eadē
mulier indicarat. quæ vt Romę de amicorū sententia sta-
tuerat satis esse quæſitum, poſtea per triennium maxime
ex omnibus seruis Stratōnem illum dilexerat, in honore
habuerat, cōmodis omnibus affecerat. Cum igitur de fur-
to quæreretur, & eo furto quod ille sine controuersia fe-
cerat: tum ille de eo, quod quærebatur, verbum nullum fe-
cit, de veneno statim dixit: de furto, si non eo loco quo de-
buīt, ne in extrema quidē, aut media, aut in aliqua deniq; parte quæſtionis, verbum fecit ullum. Iam videtis illā ne-
fariam mulierem Iudices eadem manu, qua, si detur po-
testas, interficere filium cupiat. hanc fictam quæſtionē con-
ſcripſiſſe. atq; iſtam ipsam quæſtionem dícite quis obſi-
gnauit? vnum aliquem nominate. neminem reperietis, niſi
forte eiusmodi hominē, quem ego proferri malim, quām
neminem nominari. Quid aīs T. Acti? tu periculum capi-
tis, tu iudicium sceleris, tu fortunas alterius literis cōſcri-
ptas in iudicium afferas? neq; earum auctorem literatū,
neq; obſignatorem, neq; testem ullum nominabis? & quā
tu pectem innocentissimo filio ex matris ſinu deprom-
pferis, hanc hī tales viri comprobabunt? Esto, in tabel-
lis nihil est auctoritatis: quid? t ipsa quæſtio iudicibus:

Taliquid.
† prima.

quid amicis hospitibusque Oppianici, quos adhibuerat
antea: quid huic tandem ipsi temporis, cur non reser-
vata est?

Vobisq; editae sunt). i. exhibite & oblate. Edere, vt ait Vlpianus libro
Digestorum secundo, titulo de edendo, est copiam describendi facere,
vel in libello cōplicti & dare, vel dictare. Tum obsignatas) Legēdum
videtur nō obsignatas. Ante enim dixit, nullo adhibito, non dicā ve-
ro &c. Vt tabellarū authoritatē tolleret. Non venit in mentem) Nā
consilio malitiæ defecta fuit. Prīmā orationē, id est confessionem. Ea
autem prima scribenda erat, quia de furto eā haberi quaestione Saffia
dixit. Quod non percontatione quæstum) qui de veneno non habe-
retur quæstio. Ostendit autē quid Saffia fecisset, nisi cōfiliis malitię de-
serta fuisset. Superiore quæstione) que triennio ante habita Romæ
fuerat. Maxime ex oib⁹ seruis) Partitio est per ablatiuū. Superlatiuus
aduerbi⁹ regit casum eundē quē suplatiuus nominis. Maximus seruo-
rum & ex seruis. vt dicitur, ita maxime seruog⁹ & ex seruis. In honore Habere in
habuerat) Aliquem in honore habere dicit, alibi tamen alicui habere honore &
honore in eadē re dicit. In Diuinatione, Quibus ego non sum tātū ho habere ho-
norē habiturus, vt ad ea quæ dixerint, certo loco, aut singulatim vni-
norem. cuīq; respōdeā. Et in Vatiniuū. Ne tibi hunc honorem a me haberi forte
mitere. Eo loco quo debuit) id est primo loco. Verbū fecit nullū) vllū
non nullū legendum esse videtur. Illa enim eadem sententia dicimus,
ne in extrema quidē parte verbū fecit vllū: & verbum fecit nullū, ne
in extrema quidē parte. Illam nefariā mulierem) Saffiam adducit in
odium iudicū. Eiusmodi hominem) Stathiū Albium colonū. Quē
ego proferri malim) Eius em̄ leuitas atq; improbitas tabellarū autho-
ritatē tolleret. Ex matris sinu) id est ex tabellis, quas insinu Saffia ge-
stauit. Quæ em̄ chara habemus, vt diligentius seruemus sinu cōmitti-
mus. Vel ex sinu, id est ex occulto animo. Hī tales viri) Inuisum iudic-
cibus Actiū facit, q; ijs falsa & perniciosa conetur probare. Esto in ta-
bellis nihil est authoritatis) Quis in oib⁹ codicibus ita scriptum inue-
niā, legendū tamē arbitror. Esto, in tabellis aliquid est authoritatis.
Vt id quod iam refutauit, condonet aduersario, vt ad sequētia sibi ve-
luti gradum faciat. Id autē artificiosum est. Quid ipsa quæstio) Haud
scio an legendum esset prima quæstio, non ipsa quæstio. Id nisi ita le-
gatur, de ea quæstione, quæ prius habita Romē est intelligit, quā Saffia
suppressit: propterea q; Cluentium non modo non ledet, sed etiā
adiuaret. Eam autem quæstionem iudicibus, amicis hospitibusq; Op-
pianici, & huic ipsi temporis reseruari oportebat.

F. SYLVIUS IN ORAT. CICER.

Quid factum est, Stratone & Nicostrato! quero abs te Oppianice, seruo tuo Nicostrato
et Strato ne. Quid factum esse dicas? quem tu cum hunc breui tem-
pore accusaturus es, Romam deducere, dare potest
statem indicandi, incolorem denique seruare quæstioni,
seruare iis iudicibus, seruare huic temporis debuisti. nam
Stratonem quidem iudices in crucem actum esse execta
scitote lingua, quod nemo est Latinatum qui nesciat. tamen
mut mulier amens non suam conscientiam, non odium
municipum, non famam omnium: sed quasi non omnes
eius sceleris testes esset futuri, sic metuit ne condemnaretur
extrema seruuli voce morientis. Quod hoc porten-
tum dii immortales? quod tantum monstrum in ullis lo-
cis? quod tam infestum scelus & immane, aut unde natum
esse dicamus? Iam enim videtis profecto iudices, non sine
necessariis me ac maximis causis principio orationis meæ
de matre dixisse. nihil est enim malum, nihil sceleris, quod
illa non ab initio filio voluerit, optauerit, cogitauerit, effe-
cerit. mitto illam primam libidinis iniuriam, mitto nefas-
trias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam ex
matrimonio filiam, quem nondum ad huiusc vitæ pericu-
lum, sed ad commune familie dedecus pertinebant: nihil
de alteris Oppianici nuptiis queror: quarum illa cum ob-
fides filios ab eo mortuos accepisset, tum denique in fami-
lia luctum, atque in priuignorum funus nupsit. preter-
eo quod Aurium Melinum, cuius illa quondam socrus, pau-
lo ante vxor fuisset, cum Oppianici esse opera proscriptum
occisum quod cognosceret, eam sibi domum sedemque coniu-
gii delegit, in qua quotidie superioris viri mortis indi-
cia, & spolia fortunatarum videret.

PRO A. CLVENTIO HABITO. LXXXIX

illud primum queror, de illo scelere, quod nūc deniq; pater factū est Fabritianī venenī, quod iā tū recēs suspicīosum ceteris, huic incredibile, nūc vero apertū iam omnibus ac manifestū videt. nō est profecto de illo veneno celata ma ter, nihil est ab Oppianico sine cōfīlio mulieris cogitatū.

Quid istis hominibus factum est? Hoc modo verbum facere cū ablati. Quid hō tu sepe inuenit. Terentius in Andria, Nec quid me nunc faciam, scio. mine factū Quo in loco notandum esse faciam cum ablative Donatus dicit. Idem in eis. eadem, Quid me fiet? Itemq; Nunc audio primum quid illo sit factum. Lucilius apud Marcellū, Quid me fiet, siquidē nō iuste improbis cōmitere. Cicero libro Epistolarum. xiiiij, Quid puero misero fiet. Itemq; Sed quid Tulliola mea fiet? In Oratione in Rullū ad Quirites, Quid pecunia fiet? Pro P. Sestio, Quid hoc hōmine facias? Seruo tuō Nicostrato quid factum esse dicas? Significat Nicostratū ab Oppianico vel potius a Sassia ē medio sublatum, ne quaestio ea quae Romæ habita est, his iudicibus esset cognita. Dare potestatem) Hoc sepe Cicero dicit, vt facere potestatem, de quo alibi plura. Et pro Sex. Roscio, Permittere potestatem. In crucem statem. actum) id est sublatum. Seruorum enim non ciuiū crux supplicium erat. Agere in In seruos autem necis potestatem domini habebat. Postea D. Hadrianus crucem. seruos a dominis occidi vetuit, eosq; per iudices, si digni essent, cōdemna. Crux poena ri iussit, vt ait Aelius Spartianus in eius vita. Iam enim videtis) Con: seruorum. clusio est per enumerationem scelerum & impietatis Sassiae, & per com: Domini in miserationem. Mitto illam primam libidinis iniuriam) Occupatio est. seruum po: Id enim se dicit omittere, quod maxime dicit. Illam primā libidinis iniu: testas. riam, quum expulsa filia nupsit genero. Filiam) Cluentiam. Huiuscē) Cluētij. De alteris) Alterū de duob⁹ dicitur, Ter nupsit Sassa, ied primā nuptiā, quē cū A. Cluētio fuerūt, vnde hic natus est, honeste & legitime fuerunt, binę reliquē cū Melino & Oppianico fuerunt infames, de quibus hic loquitur. Obsides) id est tanq; in pignus nuptiarū. Proscriptum o: cīsumq; Id ante dixit. Fabritiani venenī) quod Scamander Fabritius Diognū dabat ad necandū Cluentiū. Venerū Fabritianū dicit, vt crimen Fabritianū Clodianum, quod Clodius admisit, de quo alio loco scripsimus. Suspicio: venenū. sum ceteris) Suspicio sum paliiue dixit. Huic Cluētio. Non est de illo veneno celata) id est Oppianicus nō celauit eā de veneno, id est cōscia fuit. Celo te venenū, venenī, & de veneno dicimus. Terētius in Hecyra, Quām Celo te ve: obrem tantopere hunc omnes nos celare voluer: spartū. Hanc antiquam nenī, vene: locutionem esse Donatus scribit. Duæ autem proximæ Ciceronis sunt, vt nū & de ve: pro Cælio, Vedit hoc Balbus, facinoris tantū celata esse Clodium dixit. Idē neno, pro Rege Deiotaro, De armis, de ferro, de insidijs celare te nob̄: it.

F. SYLVIVS IN ORAT.

Quod nisi esset, certe postea deprehensa re non illa ut ab improbo viro discessisset, sed ut a crudelissimo hoste fugisset, domum illam in perpetuum scelere omni affluentem reliquisset. non modo id non fecit, sed ab illo tempore nullum locum prætermisit, in quo non instrueret insidias aliquas, ac dies omnes ac noctes tota mente mater de pernicie filii cogitaret. Quæ primum ut illum confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo, donis muliebribus, collocatione filiae, spe hæreditatis obstrinxit. Itaque apud ceteros nouis inter propinquos suscepitis inimicitiis saepe fieri diuortia atque affinitatum dissidia vidiimus: hæc mulier satis firmum accusatorem filio suo fore neminem putauit, nisi qui in matrimonium sororem eius ante duxisset. ceteri nouis affinitatibus aducti, veteres inimicitias saepe deponunt: illa sibi ad confirmandas inimicitias affinitatis coniunctionem pignori fore putauit. Neque in eo solum diligens fuit, ut accusatore filio suo compararet: sed etiam cogitauit, quibus eum rebus armaret. Hinc enim illæ sollicitationes seruorum & minis & promissis: hinc illæ infinitæ crudelissimæq; de morte Oppianici questiones, quibus finem aliquando non mulieris modus, sed amicorum auctoritas fecit. ab eodem scelere illæ triennio posthabitæ Larini questiones: eiusdem amentiæ falsæ conscriptio-nes questiōnum: ex eodem furore etiam illa conselerata executio linguae: totius deniq; huius ab illa est & inuenta & adornata comparatio criminis.

Dprehensa re) id est deprehenso veneno. Scelere omni affluentem) Ut paulo ante, Mulier abundans audacia. Instrueret insidias) Moliri facere, struere, & instruere insidias dicimus. Confirmaret) id est firmum

faceret. Collocatione filiae) Collocare filiam pro eo quod vulgo dicitur maritare sepe a Cicerone dici solet. Ut libro de Oratore tertio, Non solum ut de iure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colledo, de omni deniq; aut officio aut negocio referretur. Idem libro de Officiis secundo, Liberales autem sunt qui suis facultatibus aut captos a prædoniis redimunt, aut aës alienū suscipiunt, amicorum causas aut in filiarum collocatione adiuvant. Itemq; Quā consuleretur utru bono viro pauperi, an minus probato diuiniti filiam collocaret. Collocare in matrimonium idem dicit in libro de Divinatione primo, Quā vellet sororis suae filiam in matrimonium collocare. Apud eūdem lib. de Oratore, Nescio quis poeta dicit collocare nuptias. Sed mihi quā tetulit coronam ob collocandas nuptias.

Collocare
filiam.

Itaq; apud ceteros) Peruersam & preposteram, dicit fuisse Saffiam, quo eam iudicibus magis iniuriam faciat. Soror eius) Saffiae & Melini filia Cluetii soror erat germana. Nam germani, ut ex Varrone Serutus scribit, qui ex eadē matre nati sunt, appellantur, quis ex eodē patre non sunt. Ideo

Collocare
in matris
in onium.
Collocare
nuptias.

Germanus —
frater.

Virgil⁹ Aeneid. v. Erycē Veneris & Butē filiū Aeneas dicit fuisse germanū, qui Veneris & Anchise filius fuit. Haec, inquit, germanus Eryx quondam tuus arma gerebat. Ceteri nouis affinitatibus) Ut Scipionis & Gracchi reconciliatio firmata arctior est nuptijs Corneliae Scipionis filiae, quam in matrimonium Gracchus duxit. Inimicitias saepè deponunt) Ut p. L. Flacco, Quā a clarissimis viris iustissimas inimicitias saepè cum bene meritis ciuis depositas esse vidisse. De provinciis Cōsularibus, Si ipsas inimicitias depono Reip. causa, quis me tandem iure reprehendat? De hoc verbo in quartā Inuestiuam in Catilinam scribimus. Eū accusatorē. Armaret) id est munire & instrueret. Est autē metaphora, ut in Oratione pro domo sua, Erat incredibili armatus audacia. Et minis & promissis) Ut paulo ante, Quā essent animi seruorū & spe & metu tentati, ut aliquid in quæstione diceret. Infinit⁹ Quibus ne amicorū quidē & hospitū sententia finem facere potuerit. Crudelissim⁹ in quibus tortor & tormenta defessa sunt.

Deponere
inimicitias,

Aliquādo) id est tādē. Modus). i. modestia. Finem fecit) Ut Actione in Verrē. v. Ut ille aliquādo impudetie suę finē faciat. Et in Rullū ad Quirites, Finē feci offerēdi mei. Falsē conſcriptiones). i. falsē tabellę. Conſcelerata) id est valde scelerata. In qua significatione a Cicerone saepè dicitur. Ut antea, Cuius p̄ſentis nefariā & conſceleratū vultū intuebātur. Pro P. Sylla, Volūtates vero cōſceleratas ac nefariā nec ſanare potui nec tollere. Pro domo ſua, Quā ſeruos tuos ad rapinam, ad honorum cedem paratos, quoniā illa tua conſceleratū ac perditionū manu armatos in Capitolium tecū veniſſe cōſtabat. In Pisonē, Me tamē fugerat deorū immortalium has eſe i. impios & cōſceleratos poenas certissimas cōſtitutas. Nolite enim putare p. C. ut in ſcena videtis homines cōſceleratos impulſu deorū terteri ſuriarū tēdis ardētibus. Et pro Sex Roscio, Hę ſunt impios affidū domeliſceq; furī, que dies noctesq; parētū poenas a cōſceleratissimis filiis repeatat;

Facere
finem,
Conſcelo-
ratus.

Atq; his rebus cum instructum accusatorem filio suo
 Romam ipse misisset, paulisper conquirendorum & con-
 duendorum testimoniū causa Larini est commorata. Postea
 autem cum appropinquare huius iudicium ei nunciatum
 est, confessim huc aduolauit, ne aut accusatoribus dili-
 gentia, aut pecunia testibus deesset, aut ne forte mater
 hoc sibi optatissimum spectaculū huius sordium atque lu-
 etus, & tanti squalloris amitteret. Iam vero quod iter
 Romam eius mulieris fuisse existimat̄: quod ego pro-
 pter vicinitatem Aquinatū & Frabaternorum ex mul-
 tis audiui & compēri. Quos concursus in his oppidis:
 quantos & virorum & mulierum genitus esse factos:
 mulierem quādam Larino atque illam usque a mari Su-
 pero Romam proficiſci, cum magno comitatu & pecu-
 nia, quo facilius circumuenire iudicio capit̄is atque op-
 re iudicio. primere filium posset. Nemo erat illorū pene dicā, quin
 expiandum illum locum esse arbitraretur, quacunque illa
Terra ma-
ter omniū iter fecisset: nemo quin terram ipsam violari, quæ ma-
 ter est omnium, vestigiis consceleratae matris putaret.
 Itaque nullo in oppido consistendi potestas ei fuit: nemo
 ex tot hospitib; inuentus est, qui non contagionem a
 spectus fugeret. nocti se potius ac solitudini, quam ulli aut
 urbi, aut hospiti committebat. Nunc vero quid agat,
 quid moliatur, quid denique quotidie cogiter, quem igno-
 rare nostrum putat: quos appellat̄, quibus pecu-
 niam promiserit, quorum fidem precio labefactare co-
 nata sit, tenemus. quin etiam nocturna sacrificia, quæ
 putat occultiora esse, sceleratasq; eius preces, & nefas
 ria vota cognouimus, quibus illa etiam deos immor-
 tales de suo scelere restatur: neq; intelligit pietate & re-

Dū auersan-
tur scelera,

ligione, & iustis precibus deorum mentes, non contamina superstitione, neque ad scelus perficiendum cæsis hostiis, posse placari: cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortales a suis aris atque templis aspernatos esse confido.

Conducendorum) id est precio corrumpendorum. Inde mercenarii testes, qui mercede conducti sunt appellantur a Cicerone libro Epistolarum Familiarium tertio. De mercenariis testibus a suis ciuitatibus notandis, nisi iam aliquid factum est per Flaccum, sicut a me quum per Asiam discedam, Aduolauit) Immoderatam Sassiæ cupiditatem opprimendi filii ostendit. Nec accusatoribus diligentia deesset) id est ut accusatores sollicitat. Huius sordidum) Rei enim sordidi & squallidi erant, ut iudicium misericordiam commouerent facilius. Propter vicinitatem Aquinatum & Frabaternorū) Aquinum & Frabateria oppida sunt Arpino vicina. Aquino autem & Frabateria Sassiæ fecisse iter significat. Ex his opidis) Aquino & Frabateria. Quantos virorum & mulierum gemitus) Mouet affectus ex matris crudelitate, & ex aliorum commiseratione.

Vsq; a mari Supero) id est vsc; a mari Hadriatico, ut Tyrrenum mare appellant Inferum. Vsc; a mari, ut dixit Virgilius, Abusq; Pachyno Vsc; a mari

Circunuenire) Circunuenire & opprimere aliquem iudicio capit, est iudicibus corruptis, vel conductis testibus facere ut innocens condemnatur. Qui non contagionem aspectus fugeret) id est qui non fugeret aspectum eius, quo se contaminari & pollui putaret. Quorum fidem precio) Significat Sassiæ voluisse aliquos ex iudicibus pecunia corrumpere. De suo scelere testatur) id est vocat & adhibet testes sui sceleris. Ut pro L. Flacco, Vociferarem & quantum maxime possem contenderem, testarer publicanos excitarem negotiatores. Pietate & religione) Deos placatos pietas Pietas. efficiet & sanctitas, ut ait Cicero in libro de Officiis secundo. Est autem pietas iustitia aduersus deos, ut idem ait in libro de Deorum natura primo, Nec est ylla erga deos pietas, ut ait idem pro domo sua, nisi honesta de numero eorum ac mente opinio, quum expeti nihil ab iis quod sit iniustum ac in honestum arbitrare. Superstitione) Superstitione, ut ait Cicero libro de natura Deorum primo, est in qua inest timor inanis Deorum: ut religio eodem authore, est que deorum cultu pio continetur. Confido) id est Religio. arbitrari, ut in libro Epistolarum ad Atticum sexto, Confido te iam, ut voluntus, valere. Confidere & sperare dicta pro arbitrari iunguntur cum ver Confidere bis præteriti praesentis & futuri temporis. De verbo sperare plura scribi: sperare, mus in Catonem Maiorem Ciceronis.

F. SYLVII IN ORAT.CIC.

Vos Iudices, quos huic A. Clientio quosdam alios
deos ad omne vitæ tempus fortuna esse voluit, huius
importunitatem matris a filii capite depellite. Multi sae-
pe in iudicando peccata liberum parentum misericordia concesserunt: vos ne huius honestissime actam vitam
matris crudelitati condonetis, rogamus: præsertim
cum ex altera parte totum municipium videre possitis.
Omnes scitote Iudices (incredibile dictu est, sed a me
verissime dicetur) omnes Larinates, qui valuerunt, ve-
nisse Romanum, ut hunc studio frequentiaque sua quan-
tum possent, in tanto eius periculo subleuarent. pueris
illud hoc tempore & mulieribus oppidum scitote esse
traditum, idque in præsentia in communione Italæ pace
domesticis copiis esse tutum, quos tamen ipsos æque, &
eos quos præsentes videtis, huius expectatio, iudicij dies
noctesque sollicitat. non illi vos de unius municipiis for-
tunis arbitrantur, sed de totius municipii statu, dignita-
te, commodisque omnibus sententias esse laturos. Sum-
ma est enim Iudices hominis in communem municipiū
rem diligentia, in singulos municipes benignitas, in
omnes homines iustitia & fides. præterea nobilitatem
illam inter suos, locumque a maioribus traditum sic tu-
etur, ut maiorum grauitatem, constantiam, gratiam,
liberalitatem assequatur. Itaque ius eum verbis publi-
ce laudant, ut non solum testimonium suum iudiciumq[ue]
significant, verum etiam curam animi ac dolorem, que
dum laudatio recitat, vos quæso qui eam detulistis,
assurgite.

Alios deos) id est mortales. Tanq[ue] mortales deos dicat esse hos iudices,
qui Clientium tanta sollicitudine tanto periculo liberent. Homines ho-

in aliis prodebet diuinum est. Inde illud proverbiū antiquitate tristum est, Homo est homini-deus. In cuius proverbiū explicatione multa scribit Erasmus, quæ ab hoc loco aliena non sunt. Ad omne vitæ tempus) Nam si Cluentium absoluueritis, eum omni periculo a matre in perpetuum liberabitis. Fortuna esse voluit iudicium enim facta fortitio est. fortitio autem fortunæ est. Peccata liberum &c.) id est multi iudices saepe absoluuerunt innocentes liberos, quod parentum eorum misererentur. Liberum) id est liberorum, vt ante & postea dicit. Concesserunt id est condonauerunt, & peccatis ignoruerunt. Concedere peccato etiam dici potest. Concedere Ut pro Sexto Roscio, Caterorū neque dictum obscurum potest esse pro peccato. pter nobilitatem & amplitudinem, neque temere dicto concedi propter etatem & prudentiam. Condonet) iudex aut princeps reum condonat, qui postulantis voluntati permittit & donat aut liberandum aut necandum. Totum municipium) id est omnes Larinates. Est autem intellectio. Nam municipium dicitur, & municipes intelliguntur. Valet multum ad mouendos affectus, quum dicimus plurimos de rei salute sollicitos esse. Qui valuerunt) id est qui valentes fuerunt, id est omnes praeter pueros & mulieres. Quos tamē ipsos) pueros & mulieres. De vniuersis municipiis) Artificiosum est, vt ostendamus sententiam, qualisunque lata sit, ad alios multos, quam ad reum pertinere. Rem) id est commoditatem, id est publicæ utilitatis admodum studiosus est. In omnes homines) tam municipes suos, quam alienos. Iustitia & fides) Est enim iustitia fundamentum perpetuae commendationis & famæ, vt ait Cicero in libro de Officiis secundo, Fundamentum autem iustitiae fides est, vt ait idem in libro primo. Locumq; a maioribus traditum) Authore eodem libro eodem optima hæreditas a patribus traditur libertis, omnique patri monio præstantior gloria virtutis, rerumq; gestarum, cui dedecori esse nefas & vitium iudicandum est. Illis igitur commendat Cluentium, diligenter in Rempublicam, benignitate insingulos, in omnes iustitia & fide, & maiorum imitatione. Reum autem virtus eius, & bene acta ante vita iudici non parum commendant. Tuetur) id est conseruat, & vt vulgo dicitur intertenet. Qua in re id verbum saepe dici inuenias, sive agrum, sive domum, sive dignitatem, sive aliud quid quis tueri dicat. Iis eum verbis) De huiusmodi reorum laudationibus alibi scripsimus: sed ex hoc loco attende laudationes illas publice decerni conscribi & obsignari solitas.

Publice) id est ex decreto publico. Vos quæso) Apostrophe est ad Larinates, qui eam laudationem attulerunt. Assurgite) Orator quum dicearet, stabant, vt modo dicebamus: itidem & testis, quum diceret testimonium. Legatos autem stare, quum recitaretur laudatio, quam attulissent, morem non fuisse significat, quos hoc loco excitat, vt ex eorum lachrymis facilius perspectis affectus moueantur. RECITA) Laudationem præco recitat.

Laudationes reorū.

F. SYLVII IN ORAT.CIC.

Ex lachrymis horum Iudices existimare potestis ; omnes hæc Decuriones decreuisse lachrymantem . Age vero vicinorum quantum studium , q̄ incredibilis benevolentia , quanta cura est ! non illi in libellis laudatorum decreta miserunt : sed homines honestissimos , quos nossemus omnes , huc frequentes adesse , & hunc praesentes laudare voluerunt . Adsunt Ferentani homines nobilissimi , Marrucini item : pari dignitate Theano Apulo atque Liceria Equites Romanos honestissimos homines laudatores videtis : Couiano , totoque ex Samnio cum laudationes honestissimæ missæ sunt , tum homines amplissimi nobilissimiq; venerunt . iam qui in agro Larinatí prædia , qui negocia , qui res pecuniarias habent , honesti homines & summo splendore prædicti difficile dictu est , q̄ sint solliciti , q̄ laborent . non multi mihi ab uno sic deligi videntur , vt hic ab his vniuersis . Q̄ non abesse ab huius iudicio L. Volusenum summo splendore hominem , ac virtute præditum , vellem . præsentem possem P. Heluidium Rufum Equitem Romanum omnium ornatissimum nominare : qui cum huius causa dies noctesque vigilaret , & cum me hanc causam doceret , in morbum grauem periculo sumque incidit . in quo tamen non minus de capite huius , q̄ de sua vita laborat . Cn. Tudici Senatoris viri optimi & honestissimi par studium & testimonio & laudatione cognoscetis . eadem spe , sed maiore verecundia de te P. Volumni quoniam iudic es in A. Cluentium , dicimus . & ne longum sit , omnium vicinorum summam esse in hunc benevolentiam confirmamus , Horum omnium studium , curam , diligentiam

meumq; vna laborem, qui totam hanc causam vetere in-
stituto solus perorauí.

Ex lachrymis horū) Significat Cicero Latines omnes lachrymisse, quum Clientij laudatio recitaretur. Omnes hæc Decuriones) Decuriones municipiorum & coloniarum Senatores esse alibi diximus. Ex Decurionum decreto huiusmodi laudationes fieri solitas hinc attēde. Decreuisse lachrymātes) Laudationis fidem cōmendat, & mouet affectus, remq; sub oculos subiicit. Age vero) Continuatiæ particule sunt, non hortamenti, vt antea sæpe dixit in eadē re iam vero, quis age vero aliqd hortamenti habere videatur. In libellis) id est in scriptis. Laudationū decretā) id est laudationes decretas & publicas. Est enim laudatio oratio de laude cuiusq; scripta. Quos nossemus omnes) Id dicit, vt maius vicinorum studium liberandi Clientij ostendat. Hi enim homines notos miserunt, vt eorum verbis fides haberetur maior, quum publice laudarent Clientium. Ferentani) Ferentium oppidum Faliscorum est, vt ait Volateranus. Inde Ferentani, quos Ferentinos Plinius appellat lib. iiij. Ferentiū Theano Appulo propinquum esse author est Strabo libro. v. qui idē scribit post Picenū Ferentanos & Marrucinos esse. Theano Appulo) quod a Larino abest decem & octo millia passuum, vt ante dixit Cicero. Atq; Liceria) Liceria Appulæ oppidum est. Daunorum vetus oppidū fuisse Strabo author est libro. vij. Atq; Liceria Equites Romanos) Non solum ex vrbe Roma, sed etiam ex municipijs & colonijs erant Equites Romani, vt Cicero Arpinas, vt Clientius Larinas, aliq; innumerabiles documento esse possunt. Bouiano) Bouianum, vel, vt ait Strabo, Boianum, oppidum in Sannio est. Tum homines amplissimi) Laudationum cōmendatio maior est, q; eos amplissimi homines honestissimique attulerunt. Qui res pecuniarias habent) id est qui aliquos illic habent redditus, aut debitores, aut reuera, qui concerantur. Summo splendore) Equites eos esse significat. Equites enim qui honesti sunt, & liberales, splendidi: qui contra turpes sunt & auari, sordidi appellari solent. Non multi i mihi) Vt vnius multos deligat, vel quos amet, vel quibus fortunas suas cōmendet, vela quibus aliquid speret, facile est. Vt autē vnu aliquē sibi vniuersi deligant, difficilis est, eaq; summae probitatis eius qui deligatur significatio est. Nominate) quā velle scilicet, id est quā vellel vti adeslet. Sed maiore verecundia) Authore Qūtiliano lib. 4. si iudex amicus noster sit, diligenter tractandus est. Est enim nonnunq; prauus hic ambitus iudicibus aduersus amicos pronunciandi pro ijs quibuscū similitates gerunt, & faciēdi iniuste ne leſisse videātur. Iudex es in A. Clientiū) Vt antea. Sedissent in Cluētiū ne iudices in C. Fabritium. Confirmamus) id est affirmamus. Vetere iudex, instituto solus perorauí) Institutum fuisse yetus significat, vt vnu accu-

Ferentii.

Equites
Romani.

F.S Y L V I V S IN ORAT:

sator vnus patronus esset. Aetate vero Ciceronis id immutatum erat. Nam in eadem causa licebat multos esse accusatores, multos patronos, qui bus singulis sua cause pars agenda data esset. M. Scauri causam authore Asconio patrōni sex defenderunt, quum ad id tempus raro quisquam plū ribus quam quatuor vteretur. Totidem patronos Miloni assūsse idem dicit. Lucium Murenam tres accusauerunt, totidemq; defenderunt. P. Syl lam duo defenderunt, quot accusauerunt. M. Cælius quatuor habuit accusatores. tres L. Cornelius Balbus defensores. Ex Ciceronis orationibus hec facile agnoscas.

Vestrāmq; simul Iudices æquitatem, & mansuetudinem, vna mater oppugnat. at quæ mater! quam cæcam crudelitatem & scelere ferri videtis: cuius cupiditatem nulla vñquam turpitudo retardauit: quæ vitiis animi in deterrimas partes iura hominum conuertit omnia: cuius ea stultitia est, vt eam nemo hominem: ea vis, vt nemo foemina: ea crudelitas, vt nemo matrem appellare possit. atque etiam nomina necessitudinem, non solum naturæ nomen & iura mutauit, vxor generi, nouerca filii, filiae pellex. eo iam denique adducta est, vt sibi præter formam, nihil ad similitudinem hominis reseruerat. Quare Iudices si scelus oditatis, prohibete aditum matris a filii sanguine: date parenti hunc incredibilem dolorem ex salute, ex victoria liberum: patiamini matrem, ne orbata filio lætetur, victam potius vestra æquitate discedere. Si autem id quod vestra natura postulat, pudorem, bonitatem, virtutemq; diligitis, leuate hunc aliquando suppli-
cem vestrum Iudices tot annos in falsa inuidia periculisq; versatum. qui nunc primum post illamflammam aliorum facto & cupiditate excitatam, spe vestrae æquitatis erigere animum, & paulum respirare ametu coepit: cui posita sunt in vobis omnia. quem seruatum esse plurimi cupiunt, seruare soli vos potestis.

Vna mater oppugnat) Ut Cluentius in iudicium misericordiam influat , adducit Sassiam in odium iudicum , quod ea sola nefaria mulier tam multorum studijs rectis aduersetur . Ferri id est toto animi impietu rapi . Vndeferas appellatas esse accepimus . Cupiditatem) vt nuberet genero . Iura hominum) vt eadem esset socrus & vxor , idem esset gener & maritus . Ius hominum appellat , ius gentium , quod ius humanum T. Liuius libro quinto appellat , Interim Galli posteaq; accepere vltro hominem habitum violatoribus iuris humani , elusamq; suam Legationem esse , flagrantes ira , cuius impatiens est gens , confestim signis conuulsis , cato agmine iter ingrediuntur . Ut eam nemo hominem) Homo enim qui solus rationis particeps est , solus prudens est . Ut eam nemo hominem) Priscianus libro sexto hunc locum citat . Ordo , inquit , ordinis , homo hominis . Ciceropro A. Cluentio , quum de eius matre loqueretur ait , Cuius ea stultitia est , vt eam nemo hominem appellare possit . Ea vis vt nemo foeminam) Foeminæ , nisi quū fœtus habent , maribus multo sunt mansuetiores . Ut nemo matrem) Ipsum enim mattis nomen amantius est , vt antea dixit . Atque etiam nomina necessitudinum) Ordo est , mutauit non solum naturenomen & iura , sed etiam nomina necessitudinum . Vxor generi) Cicero in libro de Oratore ad Brutum , ab inde adolescentiae illa esse matura dicit . Vxor generi , nouerca filij , filiae pellex . Nouerca filij) quænotercali odio in filium est . Adducta est) id est peruenit . Ut sibi prater formam) Apud T. Liuium libro xxix , in Oratione Legatorum Locrensis de Q. Pleminio P. Sciponis Legato querentium eadem sententia est . In hoc , inquit , Legato vestro (dant enim animum ad loquendum libere vltimæ misericordie) nec hominis quicq; est P.C. prater figuram & speciem , nec Romanicius præter habitu vestitumq; & sonum latinæ linguae . Ex victoria) Nam causa victoria dicitur , quemadmodum vincere causa Libertum) id est filij Cluentij . Liberos etiam de vnica filia dici apud Gellium est . Sin autem virtutem diligitis) Inter odisse vitia & virtutem diligere aliquod esse medium significat . Ea autem sententia est , si odistis scelus , scelus Sassi a Cluentio sententijs vestris prohibete : sin autem virtutem diligitis , innocentia Cluentij leuate . Supplicem vestrum) id est supplicantem vobis , & vt vulgo loquuntur , humilem famulum vestrum . quia in re sape dicit Cicero . In Diuinatione , Ecquid authoritatis apud vos in suo iure repetundo socij populi Romani supplices vestri habere debeant .

Pro L. Murena , Nunc idem squallore ordidus , confessus morbo , lachrymis ac moerore perditus , vester est supplex iudices , vestram fidem obtestatur , misericordiam implorat , vestram potestatem ac vestras opes intuetur . Pro L. Flacco , Ne hominibus leuitate Græcis , crudelitate Barbaris , ciuem ac supplicem vestrum dederitis . Itēq; Huic misero puero vestro ac liberorum vestrorum supplici iudices ac iudicio vivendi

Ius hominum & gentium .

Victoria causæ .
Liberi .

Supplex vester .

F.SYLVIVS IN ORAT.

præcepta dabatis. Pro M. Cælio, Quem vos supplicem vestrum misericordig-
serum potestatis, abiectum non tam ad pedes, quam ad mores sensusq;
vestros vel recordatione parentum yestrorum, vel liberorum iucundita-
te subleuate Post illamflammam) inuidia scilicet. Aliorum facto) Op
Respirare a metu.
Respirare a metu) ut de responsis Artispicum, Idem posteaq; respirare vos a metu
cedis, emerge re authoritatem yestram a fluctibus illis seruitutis , reui-
scere memoriam ac desiderium mei vidit, vobis se coepit subito fallacissime
venditare.

Laborauit
ex inuidia.

Orat vos Habitus Iudices , & flens obsecrat , ne se
inuidia, quæ in iudiciis valere non debet : ne matrī, cu-
ius vota & preces a vestris mentibus repudiare debe-
tis : ne Oppianico hominī nefario condemnato iam &
mortuo condonetis. Quod si qua calamitas hunc in hoc
iudicio afflixerit innocentem, ne iste miser Iudices, si id,
quod difficile factu est, in vita remanebit , saepe & mul-
tum queretur , deprehensum esse illud quondam Fabri-
cianum venenum : quod si tum indicatum non esset,
non huic ætūnosissimo venenum illud fuisset , sed mul-
torum medicamentum laborum. postremo etiam fortas-
sis mater exequias illius funeris prosecuta mortem se si-
lī lugere simulasset: nunc vero quid erit perfectum , nisi
vt huius ex mediis mortis insidiis vita ad luctum reserua-
ta , mors sepulcro patris priuata esse videatur? Satis diu
fuit in miseriis Iudices, satis multos annos ex inuidia la-
borauit , nemo huic tam iniquus præter parentem fuit,
cuius animum non iam expletum esse putemus. vos qui
æqui estis omnibus, qui vt quisq; crudelissime oppugna-
tur, eum lenissime subleuat: conseruate A. Cluetium: re-
stituite incolumem municipio: amicis, vicinis, hospitibus,
quorum studia videtis , reddite: vobis in perpetuum li-
berisq; vestris obstringite . vestrum est hoc Iudices , ve-

stræ dignitatis, vestræ clementiæ . recte hoc reperitur à
vobis, vt virum optimum atq; innocentissimum , pluri-
misiq; mortalibus charum atq; iucundissimū, his aliquan-
do calamitatibus liberetis: vt omnes intelligent, in con-
cionibus esse inuidia locum, in iudiciis veritati.

Condonetis) id est dedatis. Si qua calamitas hūc affixerit) id est si Clu-
entius damnabitur. Id quod difficile factu est) Hanc enim calamitatem
sibi mortem fortiter consciscendo effugiet. Fabritianū venenum) quod
Scamander Fabritius Diogeni dabant ad necādum Cluentium, quod etiā
ante ita appellauit. Multorum medicamentum laborum) Ex compara-
tione q; miser futurus sit Cluentius, si damnetur, ostendit. Nam huius mi-
serie comparatione felix tum fuisse, si venenum indicatum non fuisset,
eoq; interisset. Authore Quintiliano libro sexto, gratie aliquid facimus,
quum magnis alioqui malis grauius esse id quod passi sumus ostenditur.
Quale est illud Virgiliū, O felix yna ante alias Priameia virgo Hostilem
ad tumulum Troiae sub moenibus altis Iussa mori. Q; miser enim casus
Andromachæ, si comparata ei Polixena sit felix? Fortassis) Fortassis ra-
tissime, fortasse saepissime Cicero dicit. Ex mediis mortis insidiis) quum
deprehensum venenum est. Mors sepulcro patris) Sepultra familię com-
munia Romani habebant, quibus priuari triste erat. Satis d'u) Illud res-
um commendat, si dicimus eum iam satis poenarum expendisse. Ex in-
uidia laborauit) Id verbū laborare ita sepe a Cicerone dicitur, vt pro Sex.
Roscio, quod si omnes qui eodem loco nati sunt facerent, & Resp. ex illis,
& ipso ex inuidia minus laborarent. Libro Epistolarum familiarium. ix.
Dixit te in lecto esse, q; ex pedibus laborares. Libro. vii. Quum decimum
iam diem grauiter ex intestinis laborare. Libro Tusculanarum quæst. secū-
do, Quā ex tenibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat, falla esse illa quæ
antea de dolore sensisset ipse. Libro Epistolarum. xvi. Non ignoro quantū
ex desiderio labores. Tam iniquus) id est tam inimicus.

Fortassis.

Laborat ex
inuidia, ex
pedibus, ex
intestinis,
ex tenibus,
&c.

FINIS..

Sub prelo Ascensiano ad Nonas Nouēb.M.D.XXXI.
sub priuilegio: cuius tenor a tergo huius mox explicabi-
tur.

PRIVILEGIUM.

C^Autum est auctoritate subregia, ne quicq^{ue} Commenta
rios Francisci Syluii Ambiani, editos aut edendos
triennio post primam impressionem, rursus imprimente
audeat, aut aliubi impressos diuendere, sub pena con-
fessionis librorum impressorum & arbitraria: preter eum
cui eos commiserit imprimentos. Commisit autem hos
& plures alios Iodoco Badio Ascensio: tradito illi diplo-
mate signato manu C.V. Parisiensis Praepositi.

De la Barre.



